bulo, & quando a niue cōprehensum fuerit, nisi mouerit pastor nō vult
abire, ceterū perit relictū, nisi mares portauerint pastores, ita enim se-
quitur reliquus grex. Ecce agnus dei. Est Ioānis primo. In Apocalypsi.
Capitibus quinto, sexto, & septimo. Etiā pius. Nā pij & vere Christi-
ani, dū diuitias, voluptates, gloriā, formā, sanitatem, & alia id genus bo-
na, quę huius mūdi sapientes tantū nō adorāt, cōtemnūt, & vt Christū
lucrifaciant, tanq̄ stercora reputāt, dūq; cōsēplatione, inedijs & perse-
cutione saginātur, stulti his mūdi sapientibus habētur. Sapientia pa-
tris. Paulus. j. ad Corinth. j. vocat Christū dei virtutē, & dei sapientiā.
stultū esse factum. Non q̄ in Christo sit vlla stultitia, sed q̄ hominem
assumpsit, & humana natura, quātūuis sapit, ad deū collata, stulta est,
sicut omnis hominis iustitia ad deū cōparata, iniustitia est. Habitu
inuetus est vt homo. Ad Philip. ij. Et peccatum factus est. Sic Paulus
ait secūda ad Corinth. v. Eū qui nō nouerat peccatū, pro nobis peccatū
fecit, vt nos essemus iustitia in ipso. Q̄ per stultitiā crucis. Sic Pau-
lus. j. ad Corinth. j. Nam quia in dei sapientiā nō cognouit mūdus per
sapientiā deū, placuit deo per stultitiā prædicationis, saluos facere cre-

Erasmi Roterodami

dētes. Ad puerorū. De pueris habetur Matthēi. xviij. vbi veritas dicit. Amen dico vobis, nisi cōuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnū cęlorū. Et Lucę. xviij. Quicūq; non acceperit regnū dei, sicut puer, nō intrabit in illud. De lilijs, Matthēi. vj. Pręterea cum vetat esse. Est Lucę. xij. Cū autem inducēt vos in synagogas, & ad magis-
 tratus & potestates, nolite solliciti esse, qualiter aut quid respondeatis, aut dicatis. Spiritus enim sanctus docebit vos in ipsa hora. Cūq; interdicit. Vt Actū primo. Non est vestrum nosse. Ne quid de arbore scientię. Est Geneleos secūdo. vbi deus ad ipsum πρωτόπλασου dicit,

יָבֹא אֶתְכֶם מִן הָאֵרֶץ אֲשֶׁר אֲנִי מְבַרְכֶם וְאֵתְכֶם מִן הָאֵרֶץ אֲשֶׁר אֲנִי מְבַרְכֶם וְאֵתְכֶם מִן הָאֵרֶץ אֲשֶׁר אֲנִי מְבַרְכֶם
 i. ab oi arbore padisi comedes, ab arbore scię bōi & mali nō comedes ab ea.

Impro-
 bat. Cuz
 ait. j. ad
 Cori. viij
 ἡ γυνώσκω
 φουσι οἱ ἡ
 Δι' & γ & -
 πη δικο =
 δουει. id
 est, Scien-
 tia inflat,
 charitas
 aut xdisti-
 cat. Ob-
 secro dñe.
 Est, Nu-
 mero. xij
 Apparet
 em quod.
 Est. j. Re-
 gū. c. xxvi
 Sed pcor
 dñe. Est se-
 cūdi Reg.
 cap. xxiiii
 Pī igno-
 sce illis.
 Est Lucę
 xxiii. Sed
 ideomiaz
 Est ad Ti-
 moth. j.
 ca. j. Deli-
 ctia iuuē.
 Est. p. fal.

Quę Paulus apte sciētiā, veluti inflātē, & pncipio
 sam i probat. Quē diu⁹ Bernard⁹ opinor secut⁹,
 mōtē eū ī quo lucifer sedē statu erat, Sciētię mō-
 tē iterptat. Fortasse nec illud omittendū videat
 argumētū, gratiosam eē apud supos stultitiā, q
 huic soli dat erratorū veniā, sapiēti nō ignoscit.
 vñ q veniā orāt, etiā si prudētes peccauerint, tñ
 stultitię p̄textu patrociniōq; vtunt. Nā sic Aarō
 vxoris pœnā depcat in Nūerorū, si fatis cōmemi-
 ni, libris. Obsecro dñe mi, ne imponas nobis hoc
 p̄tām, qđ stulte cōmisim⁹. Sic & Saul apđ Dauid
 culpā depcat, Apparet em īquiēs, q stulte egeri.
 Rursū ipē Dauid ita blandit dño. Sed p̄cor dñe,
 vt trāfferas iniquitatē serui tui, qa stulte egim⁹.
 perinde quasi nō īpetratur⁹ veniā, nisi stultitiā &
 inscitiā obtēderet. Sed illđ acrius vrget, q Chri-
 stus ī cruce, cū oraret p suis īmicis, Pī ignosce il-
 lis, nō aliā p̄texuit excusationē, q īprudētię, qa ne
 sciūt, inqt, qđ faciāt. Ad eūdē modū Paul⁹ scribēs
 ad Timotheū, Sed ideo miām dei cōsecut⁹ sum,
 qa ignorās feci ī incredulitate. Quid ē, ignorās fe-
 ci, nisi p stultitiā feci, non maliciā! Quid est, ideo
 misericordiā cōsecutus sum, nisi nō cōsecutur⁹,
 ni stultitię patrociniō cōmēdatu s: Pro nobis fa-
 cit & mystic⁹ ille psalmograph⁹, qui suo loco nō

veniebat i mētē, Delicta iuuetutismęę, & ignorā
 tias meas ne memineris. Audistis q̄ duo p̄texar, xriiij. Et
decore
 nimirū etatē, cui semp comes eē soleo, & ignorā Morię af
finxit ob
liuionē.
 tias, idq̄ nūero multitudis, vt igētē stultitię vim
 itelligerem⁹. Ac ne q̄ sunt īfinita p̄seqr, vtq̄ sūmatim di
 cā, videt omīno xp̄iana religio quādā habere cū stultitia
 cognationē, minimeq̄ cū sapiētia cōuenire. Cui⁹ rei si de
 sideratis argumēta, primū illd̄ aīaduertite, pueros, senes,
 mulieres, ac fatuos, sacris ac religiosis reb⁹ p̄ter cæteros
 gaudere, eoq̄ sp̄ altarib⁹ eē p̄ximos, solo nimirū nature ī
 pulsu. Pręterea videtis primos illos religiōis autores, mī
 re simplicitatē amplexos, acerrimos literarū hostes fuisse
 Postremo nulli Moriones magis desipe vident, q̄ hi, quos
 Christianę pietatis ardor semel totos arripuit. A deo sua
 pfundūt, iniurias negligūt, falli sese patiunt, iter amicos
 & iimicos nullū discrimē, voluptatē horrēt, iedia, vigilia,
 lachris, laborib⁹, cōtumeliis sagināt, vitā fastidiūt, mortē
 vnice optāt. Breuiter ad oēm sensū cōem prorsus obstu
 puisse vidēt, p̄inde q̄si alibi viuat anim⁹, nō ī suocorpore.
 Qd̄ qdē qd̄ aliud ē, q̄ īsanire! Quo min⁹ mirū vi
 deri debet, si apl̄i musto temulēti sūt visi, Si Pau Musto te
mulenti
sunt. Est
hoc. Act.
Apo. cap.
ij. Si Pau
lus iudi
ci Festo.
Est act.
Apl̄orū.
xxvj. vbi
Paulo
narranti
quo pa
cto ad
Christuz
tractus
fuisse, &
q̄obrem.
 lus iudici Festo visus est īsanire. Sed postea q̄ se
 mel τ̄ λ̄εουτ̄ ἢ π̄ ἰδύμ⁹, age doceam⁹ & illd̄, felici
 tatē xp̄ianorū, quā tot laborib⁹ experūt, nihil aliđ
 eē, q̄ insanie, Stultitięq̄ gen⁹ quoddā, absit inui
 dia verbis. Rem ipsam potius expēdite. Iā primū
 p̄temodū xp̄ianis cōuenit cū Platoniciis, Animū
 immersum illigatūq̄ esse corporeis vinculis, hu
 iusq̄ crassitudine p̄pediri, quo minus ea, q̄ vere
 sūt cōtēplari, fruiq̄ possit. Proinde philosophiā
 definit esse mortis meditationem, q̄ ea mentem
 a rebus visibilib⁹, ac corporeis abducatur: qd̄ idem
 vtiq̄ mors facit. Itaq̄ q̄diu animus corporis or

sibi Iudæi
infesti ef-
sent, ma-
gna voce
dixit Fe-
stus iu-
dex, Infa-
nis Pau-
le, multæ
te literæ
ad insanã
cõuertüt
τῆν λέου
τῆν, idest
Leonis
ευριύ.

ganis probe vtitur, tandiu sanus appellatur. Ve-
rum vbi ruptis iam vinculis, conatur in liberta-
tẽ asserere sese, quasiq; fugam ex eo carcere me-
ditatur, tum insaniam vocant. Id si forte contin-
git morbo, vitioq; organorum, prorsus omnium
consensu insanã est. Et tamẽ hoc quoq; gen⁹ ho-
minum videmus futura prædicere, scire linguas
ac literas, quas antea nunq; didicerãt, & omnino
diuinũ quiddam præ se ferre. Neq; dubium est
id inde accidere, q̃ mens a contagio corporis
paulo liberior incipit natiuum sui vim exerere.

quo significat persona magna assumpta ab homine humili. sumptũ
ab asino illo fugituo, qui apud Cumanos aliquãdiu. se gessit pro leo-
ne. Vnde etiã ortũ est illud puerbiũ ὄνος παρὰ κυμαίου. i. asin⁹ apud
Cumanos. in indoctos asinos, qui tamen aliquando apud ignotos ha-
bentur propter cultum in precio. Proinde philosophiam. Sic ait in
Phedone. κινδυνεύουσι γὰρ ὅσοι τυγχάνουσιν ὁρθῶς ἀπτόμενοι φιλο-
σοφίᾳ, ὡς λεληθῆναι τοὺς ἄλλους, ὅτι ἔδει ἄλλο αὐτοὶ ἐπιθεύουσι,
ἢ ἀποθνήσκου τε καὶ τεθνάναι. i. Quicũq; recte philosophiã attigerũt,
videntur latuisse cæteros homines q̃ nihil aliud ipsi studeret q̃ emori
eos q̃ mor-
tuos esse.

Idẽ ar-
bitror eẽ
in causa.
Socrates
in apolo-
gia sua,
cũ iã da-
mnatus
esset, mo-
ritur us-
q; sic ad
Athenien-
ses, q̃ eius
dãnaue-
runt, ait
τὸ δὲ δῶ
μετὰ τῶ-
το ἐπιθεύ-
μῶ ὕμῶ

Idem arbitror esse in causa, cur laborantibus vi-
cina morte simile quiddam soleat accidere, vt tã
q̃ afflati prodigiosa quedam loquãtur. Rursum
si id eueniat studio pietatis: fortasse nõ est idem
insanẽ genus, sed tamen adeo cõfine, vt magna
pars hominũ meram insaniam esse iudicet: præ-
sertim cum pauculi homunciones ab vnũuerso
mortalium cõtũ, tota vita dissentiant. Itaq; solet
iis vsuuenire, qd̃ iuxta Platonicũ figmentũ opi-
nor accidere iis, qui in specu vincti, rerum vm-
bras mirãtur: & fugituo illi, qui reuersus in an-
trum veras res vidisse se prædicat, illos lõge fal-
li, qui p̃ter miserabiles vmbras nihil aliud esse cre-
dãt. Etenim sapiẽs hic cõmiseratur, ac deplorat

Spec⁹ Pla-
tonicus.

illorum insaniam, qui tanto errore teneantur. Illi vicissim illum, veluti delirantem rident, atque eiiciunt. Itidem vulgus hominum ea, quæ maxime corporea sunt, maxime miratur, eaque pro se sola putat esse. Contra pii, quo quicquid propius accedit ad corpus, hoc magis negligunt, totique ad inuisibiliũ rerum contemplationem rapiuntur. Nam isti primas partes tribuunt diuitiis, proximas corporis commodis, postremas animo relinquunt, quæ tamen plerique nec esse credunt, quia non cernatur oculis. Ediuerso illi primum in ipsum deum, rerum omnium simplicissimum, toti nituntur: secundum hunc, & tamen in hoc, quod ad illum quod proxime accedit, nempe animum. corporis curam negligunt, pecunias ceu putamina prorsus aspernantur, ac fugitant.

χρησμο
 δῆσαι,
 ὧ κατὰ
 ἡφιστά
 μενοί μου
 καὶ γὰρ
 εἶμι ἡδὴ
 ἐνταῦθα
 ὧ, ἐν ὧ
 μάλιστ'
 ἀνθρώποι
 χρησμο
 σωδῶσι
 σὺ ὄταν
 μέλλωσι
 σὺ ἀπο
 εανεί
 σαι. id ē.
 Post hæc
 aut desin
 dero vo
 bis, q me
 pdenastis,

diuinare: etenim iam illic sum, ubi maxime homines diuinant, quoniam videlicet mori debet. Iuxta Platoniciũ signum. De specu Platonico, quæ ipse finxit septimo de Rep. libro, in quo vulgus sedens miratur umbras per specum diuinitatis supra. Fugit uero illi. Plato postquam descripsit illud specus, dicit, quod si vnus illorum sordentium in specu per aspera saxa atque ardua sursum traheretur, videretque apud superiores solem, & alias res veras, sicque postea ad pristinum specum reuenteretur, putaret haud dubie illos, qui apud eos, qui in specu sedent, in summo honore essent, miserimos esse. Ad hæc dicit illum reuersum iam in specum nihil visurum, propterea quod repente ex clarissimo sole in profundissimas tenebras veniret, & idcirco cum nihil umbrarum videret, omnibus in specu sedentibus risu fore explosumque iri, simulatque de rebus veris disputare inciperet, tanquam stultum & apud superiores corruptum. Nam isti primas. Philosophi cum tria posuissent bona, corporis videlicet, externa, & animi, Animi bona, præ cæteris multo præstare dixerunt. Vnde Aristoteles primo moralium Nicomacheorum. νενεμήευωρ δὲ τῶν ἀγαθῶν τριχῆ, καὶ τῶν μὲν ἐκτὸς λεγομένων, τῶν δὲ περὶ τυχῆν καὶ σώμα. τὰ περὶ τυχῆν κυριώτατα λέγουμεν. diuisis autem trifariam bonis, cumque hæc externa dicimus, hæc autem animæ & corporis bona, ea quæ circa animam sunt, propriissima dicimus. At vulgus hunc ordinem inuertens externa prima, animæ infima ducit. Pius vero prima facit diuina, secundum locum tribuit animi bonis, vltimum corporis & externis, si tamen illa putet inter bona habenda, quibus vt Cicero dicit, pessimi quicquid ma

xime abū Aut si quid huiusmodi rerū tractare coguntur,
 dāt. Nō grauatim, ac fastidiēter id faciūt, habēt tanq̄ nō
 habētes. habētes, possident tanq̄ nō possidentes. Sūt & in
 Sic Paulus ait, singulis rebus gradus multū inter istos diuersi.
 prima ad Corinth. Principio sensus tametsi omnes cum corpore co
 vij. Tem gnationem habent, tamen quidam sunt ex his
 pus bre- crassiores, vt tactus, auditus, visus, olfactus, gu
 ue est, re stus. Quidam magis a corpore semoti, veluti
 liquū est, memoria, intellectus, voluntas. Igitur vbi se in
 vt qui ha tenderit animus, ibi valet. Pii, quoniam omnis
 bent vxo res, sint animi vis ad ea contendit, quæ sunt a crassio
 tanq̄ non habētes, ribus sensibus alienissima, in his velut obrutes
 & q̄stēt, tā cunt, atq̄ obstupescunt. Contra vulgus in his
 q̄ nō sten tes, & qui plurimum valet, in illis q̄ minimum. Inde est,
 tes, & qui gaudent, quod audimus nonnullis diuinis viris accidisse
 tanq̄ non gauden = se, vt oleum vini loco biberint. Rursum in affe
 tes, & qui emūt tan ctibus animi, quidam plus habent cum pingui
 q̄ nō pos corpore commercii, veluti libido, cibi somniq̄
 sidentes, appetentia, iracundia, superbia, inuidia. Cum
 & qui vtū tur hoc his irreconciliabile bellum piis. Contra vulgus
 mūdo, tā sine his vitam esse non putat. Deinde sunt qui
 q̄ nō vtā tur. Qui dam affectus mediū, quasiq̄ naturales, vt amor
 das sunt patris, charitas in liberos, in parentes, in ami
 ex his. cos. His vulgus non nihil tribuit. At illi hos
 De his vi quoz student ex animo reuellere, nisi quatenus
 de libris ad summam illam animi partem assurgant, vt
 de aīa. iam parentem ament non tanq̄ parētem, (Quid
 Inde est quod. enim ille genuit, nisi corpus? q̄ hoc ipsum deo
 Hoc acci parenti debetur) sed tanq̄ virum bonum, & in
 dit diuo do. Nam quo luceat imago summæ illius mentis, quam
 Bernar = vnam summum bonum vocant, & extra quam
 do. Nam cum quo vnam summum bonum vocant, & extra quam
 dam tem nihil nec amandum, nec expetendum esse præ
 pore intē dicant. Hac eadem regula, reliqua item omnia
 tissime in

S. Bernar-
 dus oleu;
 vini loco
 bibit.

vitæ officia metiuntur, vt vbiq; id quod visibi-
 le est, si non est omnino contemnendum, tamen
 longe minoris faciãt, q̄ ea quæ videri nequeũt.
 Aiunt autem & in sacramentis, atq; ipsis pie-
 tatis officiis corpus & spiritum inueniri. Velut
 in ieiunio non magni ducunt, si quis tantum a
 carnibus, cœnaq; abstineat, id quod vulgus ab-
 solutum esse ieiunium existimat: nisi simul &
 affectibus aliquid adimat, vt minus permittat
 iræ q̄ soleat, minus superbiæ, vtq; ceu minus
 iam onustus mole corporea spiritus, ad cæle-
 stium bonorum gustum, fruitionemq; enita-
 tur. Similiter & in Synaxi tametsi non est asper-
 nandum inq̄niunt quod cerimoniis geritur, ta-
 men id per se, aut parum est conducibile, aut
 etiam perniciosum, nisi id quod est spiritale ac-
 cesserit: nempe hoc quod signis illis visibilibus
 representatur. Representatur autem mors Chri-
 sti, quam domitis, extinctis quasiq; sepultis
 corporis affectibus, exprimere mortales oportet,
 vt in nouitatem vitæ resurgant, vtq; vnum
 cum illo, vnum item inter sese fieri queant.
 Hæc igitur agit, hæc meditatur ille pius. Con-
 tra vulgus sacrificium nihil aliud esse credit, q̄
 adesse altaribus, idq; proxime, audire vocũ strepi-
 tũ, aliasq; id genus cerimoniolas spectare. Nec in-
 iis tantũ quæ dũtaxat exempli gratia proposui-
 mus, sed simpliciter in omni vita refugit pius ab
 his, quæ corpori cognata sunt, ad æterna, ad
 inuisibilia, ad spiritualia rapitur. Proinde cum
 summa sit inter hos & illos omnibus de rebus
 dissensio: fit vt vtriq; alteris insanire videãtur.
 Spexisset, vidit eũ plenũ esse, nõ vini, vt putarat, sed olei. Ad summã illã

diuinis
 scriptu-
 ris (vt ei
 mos e-
 rat) medi-
 taretur,
 stitensq;
 cantharũ
 plenum
 olei, for-
 te fortu-
 na astrans-
 tem vi-
 disse, ex
 eo bibit,
 non sen-
 tiens oleũ
 esse. Dein
 de cum
 quidã fra-
 ter eum
 accessisset
 rogasset-
 q; cur nã
 os, nam
 adhuc nõ
 nihil olei
 ori men-
 toq; ad-
 hesit, oleo
 oblitũ ha-
 beret: illi
 cũ iãdix-
 admira-
 tus esset,
 vndenãq;
 oleo iqui-
 nat? esset,
 tãdẽ i mẽ
 tẽ venit,
 q; ex can-
 tharo bi-
 bisset. Ita
 q; cũ can-
 tharũ in

Erasmí Roterodamí

animi partem. hoc est spiritum. Nam Paulus & huius interpres Origenes, tres hominis ponunt partes. Summam, quæ deo diuinisq; virtutibus adheremus hancq; spiritum vocat. Mediam, quæ ea quæ & Διᾶφορα vocat, amplexatur, hancq; animam vocant. Tertiam brutam, illam quæ voluptates, & totam vitiorum sentinam admittit, quæ carnem vocant.

Mea qui dem sententia. Fe stiuiter adiecit, mea quidem sententia, quæ si diceret, stultorum iudicio. Nā mea ad stultitæ personam referatur. Nichil aliud est. Raptum & Ecstasim, insaniam vocat, non simpliciter, ne de vulgari insaniam intel ligamus, sed quodam modo, & idcirco addidit quædam, ne quis, ut sunt morosi & φιλοσοφῶν quodam ansam arriperet calumniam

Quæ id vocabuli rectius in pios competit, quæ in vulgus, mea quidem sententia. Quod quidem magis perspicuum fiet, si (quemadmodum pollicita sum) paucis demonstraro, summum illud præmiū nihil aliud esse, quæ insaniam quandam. Primum igitur existimate Platonem tale quiddam iam tum somniasse, cum amantium furorem, omnium felicissimum esse scriberet. Etenim qui vehementer amat, iam non in se viuit, sed in eo, quod amat: quoq; longius a seipso digreditur, & in illud demigrat, hoc magis ac magis gaudet. Atq; cum animus a corpore peregrinari meditatur, neq; probe suis vritur organis, istud haud dubie furore recte dixeris. Alioqui quid sibi vult, quod vulgo etiam dicunt, Non est apud se, & ad te redi, & sibi redditus est! Porro quo amor est absolutior, hoc furor est maior, ac felicior. Ergo quænam futura est illa cælitum vita, ad quam piæ mentes tanto studio suspirant! Nèpe spiritus absorbebit corpus, utpote victor ac fortior. Idq; hoc faciet facilius, partim quæ iam olim in vita corpus, ad huiusmodi transformationem repurgarit, atq; extenuarit. Deinde spiritus a mente illa summa mire absorbebitur, quippe infinitis partibus potètiore. Ita ut iam totus homo extra se futurus sit, nec alia ratione felix futurus, nisi quæ extra sese positus, parietur quiddam ineffabile a summo illo bono, omnia in sese rapiente. Ita hæc felicitas, quæ tum demum perfecta cõtinget, cum animi receptis pristi-

Furor Platonicus.

nis corporibus immortalitate donabuntur: tamē
 quoniā piorū vita nihil aliud est, q̄ illi⁹ vitę me
 ditatio, ac velut vmbra quedā, fit vt p̄mii quoq̄
 illius aliquādo gustū, aut odorē aliquē sentiāt. Id
 tamen si minutissima quedā stillula est ad fontē il
 lū æternæ felicitatis, tñ longe superat vniuersas
 corporis voluptates, etiā si oēs oīm mortaliū de
 litię in vnū cōferātur. Vsque adeo præstāt spiri
 talia corporalibus, inuisibilia visibilibus. Hoc ni
 mirum est, qđ pollicet̄ p̄pheta, Oculis nō vidit,
 nec auris audiuit, nec in cor hoīs ascēdit, qđ præ
 parauit deus diligētibus se. Atq̄ hæc est Mariæ
 pars, qđ nō aufertur cōmutatione vitę, sed p̄ficiť.
 Hoc igit̄ quib⁹ sentire licuit (cōtingit autē per
 paucis) ii patiunt̄ quiddā demētia: simillimū, lo
 quuntur quedā nō satis coherētia, nec humano
 more, sed dāt sine mēte sonū: deinde subinde to
 tam oris speciem vertūt, nūc alacres, nūc deiecti,
 nūc lachrymant, nūc ridēt, nūc suspirāt, in sum
 ma vere totī extra se sunt. Mox vbi ad sese redie
 rint, negāt se scire vbi fuerint, vtrū ī corpore, an
 extra corpus, vigilātes, an dormiētes: qđ audie
 rint, qđ viderint, qđ dixerint, qđ fecerint, nō me
 minerūt, nisi tanq̄ p̄ nebulā, ac somniū: rātū hoc
 sciunt, se felicissimos fuisse, dū ita desperēt. Itaq̄
 plorāt sese resipuisse, nihilq̄ omniū malint qđ hoc
 insanie genus p̄petuo insanire. Atq̄ hæc est futu
 rē felicitatis tenuis quedā degustatiūcula. Verū
 ego iādudū oblita mei ὕπερ τὰ ἐσκαμμένα πηδῶ.

citur. Item in vita sanctę Elizabetę nō nihil habes, quod ad hūc faciat lo
 cum. Oblita mei. Q̄ non conueniat ut ultitiā de rebus tam arcanis lo
 qui. facit autem idem in sine disputationis, quod in initio fecerat, sentiens
 rem aliqui prima fronte duriusculam videri posse. ὕπερ τὰ ἐσκαμμέ
 να πηδῶ. id est, vltra limites salio. Prouerbum est in eos. qui digrediū

di. Candi
 di lecto
 ris est nō
 vocolam
 aliquam
 aucupa
 ri, quam
 calūnie
 tur, sed
 rē ipsam
 expende
 re. Quod
 si quis fa
 ciat, quid
 his reb⁹
 sanctius
 dici po
 tuit, aut
 magis
 piurū?
 Nūc ala
 cres, nūc
 deiecti.
 Hūc locū
 meli⁹ in
 telliget, q
 legerit cō
 mētarios
 Origenis
 in Cantica
 Canticoꝝ,
 quo modospō
 sa, nunc
 subducēte
 se spon
 so, nūc ex
 hibēte, &
 sui copiā
 faciente,
 varie affi

MARTINVS DORPIVS ERASMO RO-
 TERODAMO SACRAE THEOLO-
 GIAE PROFESSORI VNDE-
 CVNQVE DOCTIS-
 SIMO. S.D.P.



AVE credas mi Erasme (nam hoc solum nomen, ita nunc est doctrinae excellentiaeque nomen, ut nihil sit adiciendum) caue credas inquam, vllum esse omnium amicorum tuorum, quos tu sane pro ista eruditione, istisque tam candidis moribus plurimos habes, ubique ferme, qua patet Christiana ditio, sparsos: qui te syncerius complectatur amore, quam ego, Primum olim tibi familiarissimus, Deinde nuper, cum hic esses, humanissime abs te iussus accersi pene solus, Postremo (quod in prima parte puto) conterraneus etiam tuus: ut ne dicam tantus admirator ingenii, praecoque gloriae tuae, quantus nemo alius. Proinde quicquid ad te, quamuis libere, scribam: id ex amicissimo proficisci pectore tibi periuadeas, ut tuo nomini consulatur. nam tua arbitror, refert, resciscere, quid de absente vulgo homines sentiant. Primum itaque scito Moriam tuam multum omnino turbarum excitasse, idque inter tui nominis pridem studiosissimos. Quis enim non candidae faueat isti pectori, quod sibi musae, quod sibi philosophia, quod sibi Theologia gratissimum delegit hospitium? Nec defuerunt tamen, uti & nunc minime desunt, qui rem gnauiter excusauerint: sed qui omnibus numeris probarint, si sane fuerunt perpauci. Quid enim, inquit, etiam si verissima scripserit, nonne dementiae est, nihil aliud se fatigando, quam odium querere? nonne stultum sit, si vel optimam agas fabulam, quam nemo spectet inoffensus, quaque plurimi offendantur? Iam vero Theologorum ordinem, quem tantopere expedit non contemni a plebe, quid profuit, imo vero quantum oberit, tam acriter suggillasse, ut donemus interi vera dixisse de quibusdam? Praeterea de Chri

Martinii Dorpii Epistola.

sto vitæq; beata, an hoc pie aures ferat, q̄ illi stultitiam tribuat, hanc nihil aliud futurâ dicat, q̄ demetię quiddã? Neq; enim quod falsum est, id solum esse scādalo, sed quicquid infirmis fratribus possit esse ruine occasio, pro quibus eque, ac pro magnis sophis, animã suam Christus impedit. Multaq; in plerisq; cōciliis damnata fuisse eiusmodi, alioqui verissima, id qđ de Concilio Constantiensi Gerson doctor præclarus, quiq; eius pars magna fuerit, affirmet. Equidem mi charissime Erasme, quid ego iis argumentis responderim, longum foret narrare: certe nunq̄ obmutui, nunq̄ cessavi, quod ex re tua esse censuerim, animaduertere, non modo qđ ii de te loquantur, vt amusi, ita neutiq̄ mali: verumetiam, quid pessimus quisq; effutiat, quo possit, vel coram ab amicis, vel abs te absente literis refelli. Neq; eo confugas velim quid ad me pertinet, quidnã blaterones isti illiterati ac barbari moleste obstrepent? Mihi quidem ad conscientiam abunde satis est doctissimis quibusdam me meaq; probari, & si ab ijs, qui damnent, numero superatis. Quid enim vetuit & parum literatos (ne dicam barbaros) tuam eruditionem admirari, prædicare, atq; (quod sedulo prius factitabant) in cælum ferre? Deinde quid inde fructus, immo vero quantum mali, si iidem illi offensi Palinodiã canant, detrahant, calumniantur, ac toto agmine, tuo infesti nomini, obscurare nitantur? Asperę facietę, vbi multum est veri admixtum, acré sui memoriam relinquunt. Pridem mirabantur te omnes, tua legebant, præsentem expetebant summi Theologorum, summi etiam iurisperitorum, & ecce repentina infausta Moria quasi Dauus, interturbat omnia. Stilum quidem & inuentionem acumenq; probant, irrisiones non probant, ne literati quidem. Et profecto mi Erasme multo eruditissime, quid istuc sit velle literatis solis placere, neutiq̄ intelligo. Nonne præstet vel a rusticis probari q̄ reprehendi? nonne volupe est, si vel catelli cauda velut amicitię symbolo blandiantur? Sed vt bonus sis recteq; facias præstare potes: vt alii bene de te sentiant, vt nihil obloquantur: id præstare videlicet non est in tua manu. Ideoq; Christi exemplo Phariseos contemnis: vtpote maleuolos cæcosq; ac duces cæcorum. Audio sane mi Erasme longe omnium charissime. At qui humanũ patiuntur, q̄ te tuaq; dānant, vel oderūt, infirmitate faciūt, nō

malitia, nisi putes sola humanitatis studia, non etiam philosophiam, non item sacras literas bonos efficere. Occasione faciunt, non accepta solum ab eis, verum etiam abs te, ut videtur, data: quam ut ne dares, in te situm erat. Sed quod (in quies) faciendum tandem? Quod semel factum est, fieri non potest, ut non sit factum. Cupio mutare consilium, cupio ut quicumque amice unquam fauerint: iam nunc etiam faueant. O mi Erasme mellitissime, o si istuc dicas a me persuasus, o si istuc sentias. Tibi pro ista industria non deerit consilium, neque convenit ut ego tibi, Mineræ sus. Sed spero pro meo captu omnia consequeris: si contra Moriam composueris sapientiæ apologiam, eamque edideris. Argumentum est fecundum, dignum tuo ingenio, tuisque studiis, amabile gratissimumque futurum universis, & quod multo plus tibi est fauoris, amicitiae, celebritatis, addo etiam emolumentum (etsi hoc contempnas) conciliaturum, quod Moria ista (viti videtur) inauspicata. Habes meum consilium quod siue probes siue minus: ego certe tuus sum, etoque semper. Quod reliquum est huius tam verbosae epistolae argumentum: Audio te diui Hieronymi epistolas a mendis quibus perscatebant repurgasse, adulterina iugulasse obelisque, obscura elucidasse: re profecto te dignam, & qua de Theologis optime sis meritis, ijs potissimum, qui sacris literis ornatum elegantiamque connectere volunt. Sed novum quoque testamentum te castigasse intelligo, & supra mille locos annotasse, non sine fructu Theologorum. Hic denuo est quod amicissimus amicum communitum esse velim, & taceo in primis quod Laurentius Vallensis & Iacobus Faber eadem in harena desudauerint: quos tu quidem, nihil ambigo, longe superabis. Verum cuiusmodi istuc sit sacras literas castigare, idque latinos codices ex graecis, dispiciendum est. Nam si ostendam latinam translationem nihil habere falsi errorisve admixtum, non te fateberis superuacaneam esse operam omnium, qui eam student emendare: nisi subinde admoneant, sicubi significantius quippiam interpretes vertere potuisset? Sed ego nunc de veritate integritateque disputo: eamque nostrae peruulgatae editioni assero. Non enim est consentaneum, universam ecclesiam tot iam saeculis errasse, quae & vsa est semper, & nunc quoque tum probat, tum vitur hac editione: neque simile est vero, falsos fuisse tot sanctos patres, tot consum-

Martini Dorpii Epistola

matissimos viros, qui eidem innixi, arduissima quæq; in cõ
cilijs generalibus definiuerunt, fidem defenderunt, elucidã
runtq; ac canones ediderũt, quibus & reges suos fasces sub
miserunt. Et huiusmodi concilia rite congregata nunq̃ er
rare, quatenus fidem contingunt, apud plurimos tũ theo
logos, tum iureconsultos in confesso est. Qz siqua noua ne
cessitas, nouum exposceret generale concilium: hanc dubio
procul editionem sequeretur, quoties de fide nodus incide
ret. Aut ergo temere fatẽdum est fecisse patres, temereq; fa
cturos, si hanc editionem interpretationẽq; sequantur: aut
eam veram integramq; esse. Quid autem, an libros græcos
credas esse latinis emendatiores? nunquid illis maior fuit,
q̃ latinis cura integre seruandi libros sacros, apud quos
Christiana religio sæpenumero sit labefactata, quiq; præter
vnum Ioannis euangelium, cætera omnia affirmant nõni
hil erroris continere, vt alia interim taceã: quum apud la
tinos semper inuiolata perseuerauerit sponsa Christi eccle
sia? Iam vero quinam scias: te in castigata (si modo pluscula
sis nactus) incidisse exemplaria: vt vel maxime donem ali
qua esse græcis castigata? His rationib⁹ adducor mi Erasme,
vt Laurentij, Fabriciq; operas, non ita magnificiã: nam con
temnerenihil velim nõ omnino malum. Neq; video quid
illi tanto molimine cõtulerint, nisi quoties significantius
(vt dixi) aliquid verti potuisse admonent, hoc libens reci
pio, siquando etiam græcississe interpretem, siquando bar
bare vertisse notent. Nam elegantius multo verti potuisse
quis nescit? Qz si sententiã a latino interprete redditam, a
Græco codice veritate discrepare contendunt: ibi vero va
ledictis græcis, latinis adhæreo, q̃ animum inducere non
possim, latinis codicib⁹ græcos esse integriores. Atqui Au
gustinus iubet latinos riuulos ex græcanicis fontibus irri
gari. Ita sane ipsius sæculo, quo neq; ita erat ab ecclesia rece
ptaua aliqua editio latina: neq; ita corrupti græci fontes,
vt nunc esse verissimile est. At enim dices. Nolim in tuo co
dice quicq̃ immutes, neq; credas falsam esse latinam editio
nem: solum ostendo quid in græcis voluminibus deprehen
derim, quod discrepet a latinis: & hoc quid officiat? Ita me
hercle officiet mi Erasme. Nam de sacrarum literarum inte
gritate plurimi disputabunt, multi ambigent, si vel tan

tillum in ijs esse falsi, non dico ex tua opera didicerint, sed narrantem duntaxat quempiam audierint: & fiet quod Augustinus scribit ad Hieronymum. Si ad sacras scripturas admissa fuerint vel officiosa mendacia, quid in eis remanebit autoritatis? Hæc omnia me induxerunt charissime Erasme, vt te orem obsecremq; per amicitia iuter nos mutuam, quam tu absens tueris, perq; natiuam humanitatem candoremq; tuum, vt vel solos illos noui testamenti locos emendes, vbi manente sententia significantius aliquid substituere potes: vel si omnino sententiam mutandam esse annotabis, his rationibus in epistola liminari respondeas. Habes epistolam prolixam ac ineptam, sed quæ tibi ingrata esse non potest, vtpote ab amatissimo tui profecta. Theodoricus Martinus Alustensis Chalcographus noster, q Enchiridion, & Panegyricum impressit, orauit me, vti se commendem tuæ humanitati. Cupiuit plurimum videre te, cupiuit hospitio liberaliter excipere, & ea de causa Antuerpiam profectus, vt rescuiuit te non illic, sed Louanij esse, illico recurrit, ac totam noctem ambulans, venit postridie Louaniũ, sesquihora ferme postq̄ abiuisses. Siqua in re potest tibi gratificari, omnia pollicetur: & haud scio, an omnium hominũ viuat homo tui amantior. Catonem abs te castigatum, mihiq; creditum, castigate impressit, me erratorũ vindice. Eam operam M. Ioanni Neuiio Lilianorum Gymnasarchæ (vti iulisti) dicaui, qui te ob hoc beneficium ita complectitur, vt cum redieris, sis aliquando sensurus. Editionum tuarum si aliquam Domino abbati Hecmundensĩ patrono meo dicaueris, scio gratissimum illi futurum, & beneficium haud illiberaliter pensaturum. Quod vt facias, te etiam atq; etiam oro. Hollandus est, & Hollandiæ nostræ primas religionis, vir doctus quidem, sed religiosior tamẽ q̄ doctior. tametsi omnes doctos non mediocriter amet, & qui tibi, si vsu veniat, multis in rebus possit esse auxilio. Nomen eius est Menardus Vir. Vale doctissime, mihiq; multo charissime Erasme.

τὸ ἐλθ, καὶ τῶν δεῖν χάρις.

o iiii

Erasmi Roterod. Apologia

ERASMVVS ROTERODAMVVS MARTINO
DORPIO THEOLOGO EXIMIO. S.D.



On fuit reddita nobis epistola tua sed tamē exemplar, haud scio quo modo exceptū, amicus quidā exhibuit Antuerpię. Deploras Moriā parū feliciter editam, studium in restituēdo Hieronymo nostrū magnopere cōprobas, ab editione noui testamēti deterres. Quibus literis tuis, mi Dorpi, tātum abest, vt quicq̄ fuerim offensus, vt posthac mihi cōperis esse multo charior, cū semper fueris charissim⁹. A deo sincere cōsulis, mones amice, oburgas amanter. Habet nimirū hoc Christiana charitas, vt etiā cū sequit maxime, tamē genuinę suę dulcedinis gustū obtineat. Multę mihi quotidiē reddūtur ab eruditis viris literę, quę me decus Germanię, quę solem, quę lunam faciūt, & splendidissimis titulis ouerāt verius q̄ ornāt. Harū, emoriar, si vlla vnq̄ me pinde delectauit, vt illa Dorpij mei iurgatrix epistola. Vere dictū est a Paulo, charitatē nō peccare, siue quid adulatur, studet prodesse, siue stomachatur, nō aliud agit. Atq; vt inā liceret per ociū ad tuas literas rescribere, quo tanto amico satisfactiā. Vehemēter enim cupio, qcquid ago, te approbāte fieri, cuius ingenio pene cęlesti, cuius eruditioni singulari, cui⁹ iudicio lōge acerrimo tātū tribuo, vt malim vnus Dorpij, q̄ mille cęterorū calculis approbari. Verum adhuc a nauigatione nauseabūdus, & mox equitatione fessus: ad hęc, in cōponendis sarcinulis occupatus, satius esse duxi, quomodo cūq; respondere, q̄ amicum in ista relinquere opinione, siue hanc ex teipso conceperis, siue instillauerint alij: qui te ad eā epistolam scribendā subornarūt, quo sub aliena personā suā agerēt fabulam. Primū igitur, vt ingenue dicam, editę Morię propemodum me pœnitet. Is libellus nō nihil mihi peperit glorię: vel si mauiis famę. At ego nihil moror gloriā cū inuidiā coniunctā. Q̄q̄ o superi, quid est hoc totū, qđ vulgo gloriā vocant, nisi nomen inanissimū ex gentis

litate relicta? Quod genus non pauca resederunt apud Christianos, dum immortalitatem appellat, famam posteris relictam, & virtutem qualiuncumque literarum studium. In omnibus edendis libris hic vnicus semper mihi fuit scopus, vt mea industria adferrem vtilitatem. Id si minus assequi possem, certe ne quam afferre noxam. Proinde cum magnos etiam viros videamus literis suis abusus, ad affectus suos digerendos, dum alius cantat ineptos amores suos, alius adulatur ijs quos captat, alius iniuria laceffitus stilo referit, alius ipse sui tibicen est, & in effectibus proprijs laudibus quous Thrasone, quous Pyrgopolynicen superat: ego tamen quis ingenio tenui, & perquam exigua doctrina perditus: tamen huc semper spectauimus, vt si possem, prodessem, sin minus, ne quem laederem. Homerum suum in Therfiten odium, molesta carminis hypotyposi vltus est. Plato quem multos nominatim perstrinxit suis dialogis? Cui pepercit Aristoteles, qui nec Platoni pepercit, nec Socrati? Habuit suum Demosthenes Aeschinem, in quem stilo debaccharetur. Habuit suum Cicero Pisonem, habuit Vatinium, habuit Sallustium, habuit Antonium. Quos multos nominatim & ridet & carpit Seneca? Quos si recentiores expendas, & Petrarcham in medicum quemdam, & Laurentio in Pogium, & Politiano in Scalam, stili vice fuit. Quem ex omnibus mihi dabis tam modestum, qui non amarulentius in aliquem scripserit? Ipse Hieronymus, vir tam pius & grauis, aliquoties non sibi temperat, quin in Vigilantium incandescat acrius, in Iouinianum insultet immoderatus, in Rufinum amarulentius inuehatur. Semper hic eruditus mos fuit, quicquid dolet, aut delectat, chartis ceu fidis sodalibus committere: in harum sinum omnes pectoris aestus effundere. Immo deprehendas quosdam, non alio consilio libros scribendos suscipere, quam vt in his obiter animi sui motus infulciant, atque hac ratione transmittant in posteros. At ego in tot iam editis voluminibus, cum tam multos candidissime laudarem, quos, cuius vnquam denigraui famam? cui vel leuissimam aspersi labem? Quam getem, quem ordinem, quem hominem nominatim taxauimus? Quid si scias, mi Dorpi, quoties ad id faciendum fuerim, nulli tolerandis contumelijs, prouocatus? Semper tamen vici dolorem animi mei, magisque rationem habui, quid posteritas esset iudicatura de nobis, quam quid illorum mereretur improbitas. Si res ipsa pinde fuisset nota ceteris, vt erat mihi, nemo me mor-

Erasmi Roterod. Apologia

dacem iudicasset, sed æquum, sed modestum etiam, ac moderatum. Sed ita mecum cogitabam, quid alijs cū nostris priuatis affectibus? Aut qui nostra hæc nota poterunt esse vel procul disitis, vel posteris? Ego nō quod illis, sed quod me dignum est, fecero. Præterea nullus est tam inimicus, quem non optem, si fieri possit, in amicum redire. Cur ei rei præcludam viam? Cur hic scribam in hostem, quod aliquando frustra nolim scriptum in amicum? Cur notabo carbone, cui suū candorem etiam si promereatur, nō possim restituere? Malo in hanc peccare partem, vt vel parū meritos prædicem, q̄ vt meritos vituperem. Nam si quē falso laudaris, candori tribuitur: sin quātūlibet etiam ignominia dignū, suis pinxeris coloribus, nō illius factis, sed tuo morbo ascribitur. Vt ne dicam interim, q̄ vt ex iniurijs mutua talione reciprocantibus, ingens bellum aliquoties exoritur: sic ex maledictis vicissim vltro citroq̄ regestis, periculosissimum incendium nō raro nascitur. Et vt parū Christianū est iniuriam iniuria p̄sare, ita parū generosi pectoris est, dolorem suū fœminarum exemplo conuicijs vlcisci. Huiusmodi rationibus ipse mihi persuasi, vt semper innoxias & incruentitas habereim literas, nec eas vllius mali nomine contaminarem. Nec aliud omnino spectauimus in Moria, q̄ qd̄ in ceteris lucubrationibus, tametsi via diuersa. In Enchiridio simpliciter Christianę vitę formam tradidimus. In libello de Principis institutione, palā admonemus, q̄bus rebus principem oporteat esse instructū. In Panegyrico, sub laudis p̄textu: hoc ipsum tamē agimus obliqua, quod illic egimus aperta fronte. Nec aliud agitur in Moria, sub specie lusus, q̄ actū est in Enchiridio. Admonere voluimus, nō mordere, prodesse, nō ledere, consulere moribus hominū, nō officere. Plato philosophus itā grauis, largiores in cōpotationibus inuitatiunculas approbat, q̄ arbitretur quędam vitia, per hilaritatē vini posse discuti, quę seueritate corrigi nō possent. Et Flaccus existimat iocosam quoq̄ admonitiōnē nō minus atq̄ seriā cōducere. Ridētē, inq̄t, dicere verū Quid vetat? Neq̄ nō perspectū est hoc sapiētissimis olim viris, q̄ saluberrima vitę p̄cepta, ridēdis ac puerilib⁹ in speciē apologetis proponere maluerunt: q̄ p se subaustera veritas, voluptatis illecebra commendata, facilius penetrat in animos

mortalium. Nimirum hoc est illud mel, quod apud Lucretium medici pueris medentes absinthij poculo plinunt. Nec in alium usum veteres illi principes, hoc Morionū genus in aulas suas induxerūt, quā vt horum libertate leuiora quædam vitia, citra vllius offensam, & aperirētur, & emendarētur. Fortasse Christū in hoc albū vocare nō cōueniat. Verū si licet cælestia cū humanis vllō modo cōferre, nōne huius parabolæ cōfine quiddā habent cū veterū apologis? Et iucū dius illabitur, & acrius insidit in animos euāgelica veritas, huiusmodi lenocinijs cōmendata, quā si nuda produceretur. Id quod in opere de doctrina Christiana diuus Augustin⁹ copiose persequitur. Videbam quā esset mortaliū vulgus stultissimis opinionib⁹ corruptū, idq; in singulis vitę institutis, & remedij votū erat verius quā ipes. Proinde videbar mihi repperisse rationē, vt delicatis animis hac arte tanquā obreperem, & cum voluptate quoq; mederer. Et sæpenumero conspexerā, festiuum hoc & iocosum admonēdi genus, multis felicissime cedere. Quod si respōdebis personā, quā induxi, leuiorem esse, quā vt sub illius p̄textu de rebus serijs disputetur: hanc culpam fortassis agnoscam. Inepti rephēsionē nō admodū deprecor, amarulenti deprecor. Quod quā & illud probe tueri possem, si non alia ratione, certe tot grauissimorū hominum exemplo, quos in ipsius libelli præfatiuncula recen sui. Quid autem facerem? Diuersabar id temporis apud Morum meum, ex Italia reuersus, ac renum dolor cōplusculos dies domi continebat. Et mea bibliotheca nōdum fuerat adnecta. Tum si maxime fuisset, non sinebat morbus quicquid in grauioribus studijs acrius agitare. Cœpi per oculū Morias encomium ludere, nec in hoc sane, vt ederem, sed vt morbi molestiam, hoc velut auocamento leuarem. Operis incepti gustum amiculis aliquot exhibui, quo iucundior esset risus cum pluribus communis. Quibus cum vehementer placuisset, institerunt vt i pergerem. Obsecutus sum, & in hoc negocij septem plus minus dies impendi. Qui sane sumptus mihi pro argumenti pondere nimis etiam videbatur. Deinde quorum instinctu scripseram, eorundem opera deportatus in Galliam libellus formulis excusus est, sed ab exemplo non solum mendoso, verum etiam mutilo. Porro quā displicuerit, vel illud sa-

Erasmii Roterod. Apologia

tis est argumenti, quod intra pauculos menses plus septies fuerit typis stanneis propagatum, idque diuersis in locis. Demirabar ipse, quid ibi cuique placeret. Hanc, mi Dorpi, si ineptiam vocas, habes reum confitentem, aut certe non reclamantem. Ad hunc modum & per ocium, & amiculis obsecundans ineptiui, idque semel duntaxat in vita. Quis autem omnibus horis sapit? At ipse fateris ceteras lucubratiões meas eiusmodi esse, ut iuxta pijs atque eruditjs omnibus magnopere probentur. Qui sunt isti tam rigidi censores, vel potius A reopagitæ, qui homini vel vnam ineptiæ culpam nolint condonare? Quæ tam insignis morositas, ut vnico ridiculo offensi libello, tot vigiliarum superiorum gratia, repete scriptorem spolient? Quot ineptias aliorum proferre possem, hac multis partibus ineptiores, etiam in magnis Theologis, dum rixosas & frigidissimas quæstiones cõmenti, de nugacissimis nugis, perinde ac pro focis & aris inter se digladiantur? Atque isti tam ridiculas fabulas, & vel ipsis A tellanis ineptiores, citra personam agunt. Ego certe verecundius, qui cum ineptior esse vellem, Stultitię personam obtexui: & quemadmodum apud Platonem Socrates obtesta facie, laudes amoris recitat, ita ipse fabulam hanc personatę egi. Scribis ab istis ipsis, quibus argumentum displicet, & ingenium, & eruditionem, & eloquentiam probari, verum eosdem offendendi nimis libera mordacitate. At isti reprehensores plus etiam tribuunt mihi quam velim. Quod nihil moror hanc laudem, præsertim ab his profectam, quibus ego nec ingenium esse puto, nec eruditionem, nec eloquentiam. Quibus si pollerent, mi Dorpi, crede mihi, non tantopere iocis offenderentur, salutaribus magis quam ingeniosis, aut eruditjs. Obsecro te per musas, quos tandem oculos, quas aures, quod palatum adferunt isti, quos offendit in eo libello mordacitas? Primum quæ potest illic esse mordacitas, vbi nullius omnino nomen perstriungitur, præterquam meum? Cur non venit in mentem, quod toties inculcat Hieronymus, vbi generalis est de vitijs disputatio, ibi nullius esse personæ iniuriam? Quod si quis offensus, non habet quod expostulet cum eo qui scripsit: ipse si volet, secum agat iniuriarum, utpote sui proditor, qui declarat hoc ad se proprie pertinere, quod ita dictum est de omnibus, ut de nemine sit dictum, nisi si quis volens

sibi vendicet. An non vides me toto opere, sic a nominibus hominum temperasse, vt nec gentem vllā acrius taxare voluerim? Etenim vbi cuiq; nationi peculiarē philautiam recenseo, Hispanis ascribo militiæ laudem, Italis literas & eloquentiam, Anglis lautas mensas, & formam, & cæteris item eiusmodi quædam, quæ quisq; in se dicta, vel agnoscat non illibenter, vel certe cum risu audiat. Ad hæc, cum iuxta argumenti suscepti rationem, per omnia mortalium genera voluar, & in taxandis singulorum vitiis verser, quæso quid vsq; aut dictu fœdum occurrit, aut virulētum? Vbi flagitiorum sentinam aperio? vbi secretam illam vitę humanę moeueo Camariuā? Quis nescit, q̄ multa dici potuerint in malos pontifices, in improbos episcopos & sacerdotes, in vitiosos principes: breuiter in quēuis ordinem, si ad Iuuenalis exemplum, non puduisset ea mandare literis, quæ multos non pudet facere? Tātum festiua quædam & ridicula magis q̄ fœda recēsuimus: sed ita recensuimus, vt obiter & maximis de rebus nōnunq; admoneamus, quod illos scire magnopere referat. Scio tibi non esse vacuum ad huiusmodi nugas descēdere: Sed tamen si quando dabitur ocium, fac attentius excutias ridiculos illos Morię iocos, nimirū comperies non paulo magis quadrare ad euāgelistarum & apostolorum dogmata, q̄ quorūdam splendoras, sicuti putant, & magnis dignas magistris disputationes. Atq; ipse quoq; in tuis literis non diffiteris pleraq; vera esse, quæ illic referuntur: Verum existimas non expedisse, auriculas teneras mordaci radere vero. Si putas nullo pacto libere loquendū esse, nec vnq; promēdā esse veritatem, nisi cum non offendit: cur medici pharmacis medentur amaris, & ἰεφαυ πικραυ, inter laudatissima ponunt remedia? Qd si illi faciūt corporum medētes vitiis, quanto magis par est nos idem facere in sanandis animor; morbis? Obsecra, inquit Paulus, argue, increpa, opportune, importune. Apostolus vult omnibus modis insectāda esse vitia, & tu nullū vis hulus attingi? Presertim cū id ea moderatione fiat, vt ne possit quidem quisq; lædi, nisi qui studio læserit se ipsum. Q; si vlla est ratio, citra vllius offensam, medendi vitiis hoīm, hæc vna, ni fallor, est omnium maxime accōmoda cū neq; nomē cuiusq; edis, deinde cū tēperat ab iis, a quorum cōmemoratione quoq; bonorū abhorret aures. Etenī quæad-

Erasmi Roterodami Apologia

modū in Tragœdiis quædā atrociora sunt, q̄ vt oculis spectatorū conueniat exhiberi, & narrasse sufficiat: ita in hoīm moribus quædā obscœniora sunt, q̄ vt verecūde possint narrari. Postremo cū illa ipsa quæ narrant, sub ridicula p̄sona, p̄lusum & iocū efferuntur, vt oēm offensam sermonis hilaritas excludat. An nō videmus, quantū aliquoties apud seueros etiā tyrannos, valeat iocus cōmodus, & in tēpore dictus? Quæso te, quæ p̄ces quæ seria oratio potuisset regis illi⁹ anīm tā facile placare, q̄ militis iocus? Immo, inquit, nisi lagena nos destituisset, lōge atrociora fueramus in te dicturi. Arrisit rex, & ignouit. Nec sine causa tā diligēter de risu p̄cipiunt duo summi rhetores M. Tullius, & Quintilianus. Tātā vim habet lepos & iucunditas sermonis, vt etiā in nos apte tortis dicitur delectemur: id quod de C. Cæsare literis, est p̄ditum. Proinde si fateris vera quæ scripsi, si festiua magis q̄ obscœna: quæ ratio cōmodior excogitari poterat, medicādī cōmunibus hoīm malis? Primū ipsa voluptas illectat ad leuēdū, & illectū remoratur. Nā in ceteris, alias res alii venātur, voluptas ex æquo blanditur oībus: nisi si quis stupidior est, q̄ vt literatę voluptatis sensu tangi possit. Porro qui illic offenduntur, vbi nullius editur nomē, ii mihi videntur haud multum abesse a muliercularū affectib⁹, quæ si quid in malas fœminas dictū fuerit, sic cōmouentur, quasi ea contumelia ad singulas ptineat. Rursum si qd laudis tribuat̄ pro bis mulieribus, sic sibi placent, quasi qd̄ vnus aut alteri⁹ est id pertineat ad oīm laudem. Absit hoc ineptiæ genus a viris, at multo magis ab eruditis viris, maxime vero a Theologis. Si quid hic offendo criminis a quo sum immunis, nō offendor, sed ipse mihi gratulor, qui vacē iis malis, qb⁹ multos obnoxios esse video. Sin est tactū hulus aliquod, & sum ipse mihi ostēsus in speculo: nec hic quicq̄ est causę, cur offēdi debeam. Si prudens sum, dissimulabo qd̄ sentio, nec ipse mei veniā p̄dator. Si probus, admonitus cauebo, ne mihi tale conuiciū posthac in os nominatim possit impingi, qd̄ illic sine nomenclatura notatū video. Cur non saltē hoc donam⁹ huic libello, qd̄ vulgarib⁹ istis comœdijs tribuūt & idiotę? Q̄ multa, quāta cū libertate iaciunt̄ illic in monachas, in sacerdotes, in monachos, in vxores, in maritos, in quos nō? Et tñ qa nemo noiatiū incellit, arridēt oēs, & suū

quisq; morbū, aut fateſ ingenue, aut diſſimulat prudenter. Violētiffimī quoq; tyrāni ferūt ſcurras & Moriones ſuos. cū ab iis aliquoties manifeſto cōiūcio feriunt. Nō vltus eſt Imperator Flavius Veſpaſianus exprobratam ſibi cacātis faciē. Et quīnam iſti tam delicatis auribus qui Moriā ipſam non ferūt in cōmunē hominū vitā, ſine vllius nominis iniuſtione ludentē? Nunq̄ exploſa fuiſſet vetus comœdia, ſi ab eden dis nominibus illuſtriū virorū abſtinuiſſet. At tu quidem optime Dorpi, ita propemodum ſcribis, quaſi totū ordinem Theologicum Morię libellus a nobis alienaſſet. Quid opus fuit, inquis, Theologorū ordinē tā acriter laceſſere? meamq; deploras fortunam. Olim, inquis, tuas lucubratiōes magno ſtudio legebāt oēs, te pſentē videre geſtiebāt, nunc Moria veluti Dauus interturbat oīa. Scio te nihil p calumniā ſcribe re, nec ipſe tecū tergiuerſatorē agam. Queſo laceſſitū Theologorū ordinem putas, ſi quid dictū fuerit in iſtulis aut malos Theologos, eoq; indignos nomine? Atq; ſi placet iſta lex, vniuerſum mortalium genus inſenſum habeat, qui quid dixerit in ſceleratos hoīes. Quis vnq̄ fuit tā impudens rex, q nō fateat, regū nōnullos eſſe malos, & hoc honore indignos? Quis epiſcopus tā inſolens, qn idē de ſuo fateat ordine? An vnus ordo Theologorū, in tāto numero, nullū habet ſtupidū, nullū indoctū, nullū rixoſum, ſed tātū Paulos, Baſilios, & Hieronymos nobis exhibet? Immo cōtra fit, vt quo quæq; p feſſio p̄clarior eſt, hoc pauciores habeat q reſpōdeāt. Plures inuenies bonos naucleros, q̄ bonos principes: plures medicos bonos, q̄ bonos epiſcopos. Atq; ea res haud p̄tinet ad cōtumeliā ordinis, ſed ad laudē paucorū, q in pulcherrimo ordine, ſeſe pulcherrime geſſerūt. Rogo dic mihi, eur magis offendunt Theologi, ſi modo ſunt q offendant, q̄ reges, q̄ primates, q̄ magiſtrat⁹, q̄ ep̄i, q̄ Cardinales, q̄ ſummi pōtiffices? Deniq; q̄ negociatores, q̄ mariti, q̄ vxores, q̄ iureconſulti, q̄ poëtæ? (Nullū em̄ oīno mortaliū genus p̄terijt Moria.) Niſi q nō vſque adeo deſipiūt, vt in ſe q ſq; dictū exiſtimet, qd̄ in ḡne dictū ſit in malos? Diuus Hieronymus ſcripſit ad Euſtochium de virginitate, atq; in eo libro, malarum virginum mores ita depingit, vt nullus Apelles magis poſſit oculis exponere. Nunquid offenſa eſt Euſtochium? Nunquid ſuccēſit Hieronymo, q virginū ordinē dehoneſtaſſet? Ne tātulū

Erasmi Roterodami Apologia

quidē. At quāobrē tādē nēpe q̄ virgo prudēs nō existimaret ad se ptinere, si qd dictū esset in malas, imo gaudebat admoneri bonas, ne in tales degenerarēt, Gaudebat admoneri malas, vt tales esse desinerent. Scripsit ad Nepotianum de vita Clericorū, scripsit ad Rusticū de vita Monachorū, ac miris coloribus pingit, miris salibus taxat vtriusq; generis vitia Nihil offensi sunt ad quos scripsit, q̄ scirēt horū nihil ad se ptinere. Cur nō alienatus est Gulielmus Montioius, inter optimates aulicos non infimus, q̄ multa luserit Moria in pceres aulicos? Nēpe cū ipse sit vir & optim⁹, & prudētissim⁹, arbitratur, id qd res est, qd in malos ac stultos dictum est pri mates, nihil ad se pertinere. Q̄ multa luserit in malos & laicos episcopos Moria? Cur nihil hisce rebus offensus est Archiepiscopus Cantuariensis? Nempe quia vir omni virtutū genere absolutus, nihil horum ad se ptinere iudicat. Quid ego tibi pergam cōmemorare noiatim de summis principibus, de cæteris Episcopis, de Abbatibus, de Cardinalibus, de viris eruditione claris, quorū neminem adhuc sentio vel pilofactū alieniorem, Morie gratia? Nec adduci possum, vt credam vllōs Theologos irritatos hoc libello, nisi forte pauculos aliquot, qui vel non intelligāt, vel inuideant, vel natura sint adeo morosa, vt nihil omnino probent. Habet enim, id quod in confesso est, hoc hominum genus admixtos quosdā primū ingenio iudicioq; adeo infelici, vt ad nullas omnino literas sint appositi, nedū theologicas. Deinde posteaq̄ paululas Alexandri Galli regulas edidicerint, ad hęc paululū ineptissimæ Sophisticæ attigerint, Post ex Aristotele decē tenuerint ppositiones, nec hās intellectas, Postremo ex Scotto aut Occam, totidem edidicerint quæstiones, quod superest, ex Catholico, Māmetrecto, & consimilibus dictionariis, velut ex Copiæ cornu petituri, mirum q̄ cristas efferant, vt nihil est arrogantius imperitia. Isti sunt qui cōtemnunt diuum Hieronymū, vt grāmatisten, q̄ nō intelligāt. Isti Græcas, Hebraicas, immo & Latinas ridēt literas. Et cū sint quouis sue stupidiores, ac ne sensu qdem communi præditi, putant se totius arcem tenere sapientiæ. Censent oēs, damnāt, pronūciant, nihil addubitant, nusq̄ hærent, nihil nesciunt. Et tamē isti duo tresve magnas sæpenūmero cōmouent tragædias. Quid em̄ est inscitia, vel impudentius, vel pertinax

cius? Hi magno studio conspirāt in bonas literas, ambiunt in senatu Theologorū aliqd esse: & verent, ne si renascātur bonæ literæ, & si resipiscat mūdus, videant nihil scisse, q̄ antehac vulgo nihil nescire videbant. Horum sunt illi clamores, horū illi tumultus, horū cōiuratio, in viros meliorib⁹ addictos literis. His nō placet Moria, q̄ nō intelligūt, neq; græce, neq; latine. In huiusmodi non Theologos, sed theologiæ histriones, si quid forte dictum sit acerbi⁹, qd hoc ad magnificētissimū bonorum Theologorum ordinem? Nā si pietatis studio cōmouent istī, cur Moria potissimū succensent? Q̄ impia, q̄ spurca, q̄ pestifera scripsit Pogius? At hic vt autor Christianus passim habet in sinu, in omnēis pene versus linguas. Quibus pbris, quibus maledictis clericos īsectatur Pontanus? At hic vt lepidus ac festius legit. Quātū obscœnitatis est in Iuuenale? At hunc quidā putāt consionatorib⁹ etiā vtilē esse. Q̄ maledice scripsit in Christianos Cornelius Tacitus, q̄ inimice Suetonius, q̄ impie deridēt immortalitatē animarū Plinius & Lucian⁹? At hos tñ eruditōis gratia legūt oēs, & merito quidē legūt. Solā Moria, quia salib⁹ aliquot luserit, nō in bonos theologos, & eodignos titulos, sed in ineruditorū friuolas q̄stiunculas, & ridiculū Magistri nostri titulū, ferre nō possunt. Ac duo tresve nebulones, theologico schemate personati, mihi conant hāc mouere inuidiā, quasi theologorū ordinē luserim, & alienarim. Ego tātū tribuo Theologicis literis, vt eas solas soleā appellare literas. Ita suspicio venerorq; hunc ordinē, vt huic vni nomē dederim ac voluerim ascribi. Q̄ q̄ pudore p̄hibeor, quo minus mihi tā eximiū titulū asserā, q̄ ppe q̄ nō ignorē, q̄ dotes & eruditōis, & vitę, theologico noi debeā. Nescio qd hoīe maius p̄fiteā, q̄ theologū p̄fiteā. Episcoporū ea dignitas est, haud mei similiū. Nobis satis ē Socraticū illud didicisse, q̄ nihil oīno scim⁹, & q̄ possumus, operā nram iuuandis aliōꝝ studijs cōferre. Eqdē nescio vbiuā lateāt istī duo tresve Theologorū dij, quos scribis mihi parū eē ppitios. Ip̄e cōplurib⁹ ī locis sū versat⁹ ab edita Moria, ī tot Academicis vixi, in tot frequentissimis vrbib⁹, nullū vnq̄ Theologū mihi sensi iratū, nisi vnū aut alterū ex istorū numero, qui oībus bonis literis sunt hostes. Nec ī tamē vnq̄ verbo mecū expostularūt. Quid in absentē mullitēt, nō admodum

Erasmi Roterod. Apologia.

obseruo, tot bonorū iudicio fretus. Ni vererer, mi Dorpi, ne
 cui videar arrogātius, q̄ veri⁹ hęc dicere, q̄ multos tibi pos-
 sem recēdere theologos, vitę sanctimonia celebres, eruditio-
 ne p̄cellētes, dignitate p̄minētes, aliquot ex his etiā episco-
 pos, q̄ me nunq̄ magis amplexi sunt, q̄ post editā Moriam,
 & quib⁹ ille libellus magis arridet, q̄ mihi ipsi. Horū singu-
 los titulis ac nominib⁹ suis hoc loco referrē, nisi vererer ne
 tātis etiā viris, Morię causa, futuri sint iniquiores tres isti
 Theologi. Immo vnū dūtaxat esse puto apud vos istius au-
 torē tragœdię. Nā rem p̄p̄modū cōiecturis assequor. Quem
 si vellē suis depingere colorib⁹, nemo miraret̄ eiusmodi vi-
 ro displicuisse Moriā: immo mihi nō placeret, nisi talib⁹ dis-
 pliceret. Q̄ q̄ nec mihi placet. At isto certe noīe, minus dis-
 plicet, q̄ talib⁹ ingenijs nō placet. Plus ap̄d me p̄deris ha-
 bet sapiētū & eruditorū Theologorū iudiciū: q̄ tātū absunt,
 vt me suggillēt mordacitatis, vt moderationē etiā & cādo-
 rē meū laudibus vehāt, qui procax p̄ se argumentū, citra p̄-
 caciā tractarim, & in re iocosa sine dēte luserim. Eteū vt so-
 lis respōdeam Theologis, quos solos audio offendi, quis nes-
 cit q̄ multa vulgo quoq̄ dicant̄ in mores malorū Theolo-
 gorū: Moria nihil attingit istiusmodi. Tantū iocāt̄ in ocio-
 sas illorū disceptatiunculas: nec has ipsas tamē simpliciter
 improbat, verū eos damnat, qui in his solis Theologicę rei
 puppim, vt aiūt, & prorā collocūt, quiq̄ logomachijs, vt di-
 uus appellauit Paul⁹, eiusmodi sic occupantur, vt nec Euā-
 gelicas, nec Propheticas, nec Apostolicas literas vacet lege-
 re. Atq̄ vtinam mi Dorpi, pauciores eēt̄ huic obnoxii cri-
 mini. Possem tibi p̄ducere, qui annū egressi octogesimū, tan-
 tū etatis in huiusmodi tricis pdiderint, nec vnq̄ contextū
 euangelicū euoluerint, id qđ a me compertū, ipsi quoq̄ de-
 mū cōfessi sunt. Ne sub Morię quidē p̄sona sum ausus dice-
 re, qđ tamē nō raro multos audio deplorātes, Theologos &
 ipsos, sed vere Theologos, hoc est viros itegros, graues, eru-
 ditos, & qui Christi doctrinā penitus ex ipsis ibiberint fon-
 tib⁹. Ii quoties apud eos sunt, apud quos fas liberas animi
 voces depromere, deplorāt hoc recēt⁹ Theologię gen⁹ mū-
 do inuectū, & vet⁹ illud desyderāt. Quid em̄ eo sanctius, qđ
 augustius, qđ eque respiciēs ac referēs illa cęlestia Christi do-
 gmata? At hoc, vt omittam barbari factitijq̄ sermonis sor-

des, & portēta, vt omittā oīm bonarū literarū ifcitiā, vt imperitiā linguarū: sic Aristotele, sic humanis inuētiūculis, sic prophanis etiā legib⁹ est cōtaminatū, vt haud sciā an purū illū ac syncerū Christū sapiat. Fit em̄, vt dū ad humanas traditiones nimiū auertit oculos, minus assequat̄ archetypū. Hinc sepe numero cogunt̄ Theologi cordatiores aliud apd̄ populū dicere, q̄ vel apud se sentiāt, vel apud familiares loquant̄: & aliquoties nō habeāt qđ respōdeāt cōsultoribus, cū perspiciūt, aliud docuisse Christū, aliud humanis traditionibus impari. Quęso, qđ cōmercij Christo & Aristoteli: qđ sophisticis captiūculis, cū æternę sapiētię mysterijs: Quorsum tot q̄stionū labyrinthi: Inter quas q̄ multę sunt ociosę, q̄ multę pestilētes, vel hoc ipso qđ contētiones & dissidia pariūt: At sunt vestigāda quædā, sunt & decernēda qđā. Nō abnuo: sed ediuerso p̄ multa sunt, q̄ rectius sit omittere q̄ inquirere. Et sciētię pars est qđā nescire. Per multa de quibus salubrius est ambigere, q̄ statuere. Postremo si qđ statuendū est, id velim reuerēter, nō arrogāter, & ex diuinis literis, nō e cōmentitijs hominū ratiūculis statui. Nūc neq; quęstionularū vllus est finis. in quibus ipsis tamē, quāta familiarū & factionū dissensio: Et cotidie decretum ex decreto nascitur. Breuiter eo redacta res est, vt negocij summa, nō tā ex Christi p̄scripto, q̄ ex scholasticorū definitionibus, & episcopoz̄ qualiūcūq; potestate dependeat. Quibus rebus sic inuoluta sūt oīa, vt ne spes qđē sit, mūdū ad verū illū Christianismū reuocandi. Hęc aliq; p̄ multa p̄spiciūt ac deplorāt sanctissimi, isdēq; doctissimi viri, quorū oīm p̄cipuā causam in audax hoc & irreuerēs recentiū Theologorū genus reijciunt. O si tibi liceret mi Dorpi, tacitis oculis animi mei cogitationes intueri, nimirū itelligeres, q̄ multa prudēs hoc reticē loco. At horū aut nihil attigit Moria, aut certe leuissime attigit, ne quē offenderē. Atq; eādē cautionē in oīb⁹ seruare curauī, ne qđ obscœne scriberē, ne qđ pestiferū morib⁹ ne qđ seditiosum, aut qđ cū vllius ordinis iniuria cōiūctū videri posset. Si qđ ibi dictū est de diuoz̄ cultu, semp̄ reperies aliqd̄ ascriptū qđ palā testet̄, nihil aliud taxari, q̄ sup̄stitionē nō recte colētiū diuos. Itē si qđ in principes, si qđ in episcopos, si qđ dicūt̄ in monachos, semp̄ addimus, qđ declaret, illud i ordinis iniuriā nō eē dictū, sed i corruptos, & suo in-

Erasmi Roterod. Apologia.

dignos ordine, ne quēq̄ bonū lēderē, dū malorū infector vitia. Ac rursus dū hoc ago, subtractis omniū nominibus, effeci qđ in me fuit, ne vel mali possent offendi. Postremo dū salibus & iocis, fictaq; & ridicula psona, tota paginē fabula: curatū est, vt tristes etiā & morosi, boni cōsulāt. Iā illud nō vt mordacius dictū notari scribis, sed vt ipiū. Nā quo, inq; pfecto ferāt pię aures, q; futurę vitę felicitatē dementię speciē vocas? Obsecro te optime Dorpi, q; tuū cādorē docuit, subdolū hoc calumniādi gen⁹? Siue (qđ magis arbitror) q; astutus ad hęc mihi struēdā calūniā tua abusus ē simplicitate? Ad hūc modū solēt isti calūniatores pestilētissimi, duo verba decerpere, eaq; nuda, nōnūq; & imutata nō nihil, p̄termisissis his q; durū aliog sermonē leniūt & explicāt. Notat ac docet hęc astutiā in suis institutionib⁹ Quintilian⁹, vt nra q; cōmodissime referam⁹, additis cōfirmationib⁹, & si qđ est qđ mitiget, qđ extenuet, qđ aliog cām adiuuet. Contra q; sunt aduersariog; ea destituta his oib⁹ reticem⁹, idq; verbis q; fieri pōt, odiosissimis. Hęc artē isti nō ex Quintilianī p̄ceptis, sed ex sua maleuolētia didicerūt, qua se penumero fit, vt q; magnopē placitura fuerint, si sic referant, vt scripta sunt, aliter recitata vehemēter offendāt. Relege, q̄so te, locū, ac diligēter inspice, qb⁹ gradib⁹, quoq; sermonis p̄gressu, huc puentū sit, vt felicitatē illā dementię speciē esse dicerem. Ad hęc obserua, qbus verbis id explicē: videbis illic esse, qđ vere piās aures etiā delectet, tātū abest, vt quicq; sit qđ offendat. In tua recitatione offendiculū est, nō in meo libello. Et em̄ cū hoc ageret Moria, vt vniuersum rerum gen⁹, Stultitię nomine cōplecteretur, doceretq; totius humanę felicitatis summā a stultitia p̄dere, per omne mortaliū gen⁹ puagata est, vsq; ad reges ac summos pōtiffices. Deinde puētū est ad ipsos apostolos, atq; adeo Christū, quib⁹ stultitiā quādā tributā reperimus in sacris literis. Neq; vero periculum est, ne quis hic imaginef apostolos aut Christū vere stultos fuisse: sed q; in his quoq; fuerit ifirmū quiddā, & nostris tributū affectib⁹, qđ ad ęternā illā, ac purā sapiētīā, parū sapiens videri possit. Verū hęc ipsa stultitia vincit omnē mundi sapiētīā. Quēadmodū & p̄pheta oēm mortaliū iustitiam pannis cōfert fœminę mēstruo fluxu cōtaminatę. Nō q; bonorū iustitia polluta sit, sed q; ea quę apud hoies purissima

sunt, quodammodo impura sint, si ad illam ineffabilem dei puritatem conferantur. Et ut sapientem propositum stultitiam, ita sanam insipientiam, & cordatam amentiam facio. Quoque mollius esset, quod de sanctorum fructu sequebatur, premitto tres Platonis furores, e quibus felicissimus sit amantissimus. qui nihil aliud sit quam ecstasis quodammodo. At eorum ecstasis nihil aliud est, quam gustus quodammodo future beatitudinis, qua toti absorbebimur in deum, in illo magis quam in nobis ipsis futuri. At hunc Plato furorē vocat, cum quis extra se raptus, in eo est quod amat, eoque fruitur. Non vides quam diligenter paulo post distinxerim stultitiam & insipientiam genera, ne quis simplicium in verbis nostris labi possit? Verum de re non pugno, inquit, a verbis ipsis abhorretur priorum aures. At cur non offendunt eorum aures istę, cum Paulum audiunt dicentem, Quod stultum est dei? & Stultitiam crucis? Cur non diuum Thomam in ius vocat, quod de Petri ecstasi scribit in hunc modum, Dum pie desipit, sermonem incipit de tabernaculis? Sacrum illum ac felicem raptum desipientiam vocat. Et tamen ista canunt in templis. Cur mihi non olim scribere dicam, quod in precatatione quadam Christum magnum dixerim & incantatorem? Diuus Hieronymus Christum Samaritanum appellat, cum fuerit Iudaeus. Paulus eundem & peccatum vocat, quasi plus dicas quam peccatorem, Maledictum vocat. Quod impium conuictum, si quis maligne velit interpretari: quam pia laus, si quis ut Paulus scripsit, ita accipiat? Ad consimilem modum, si quis Christum predonem appellet, si quis adulterum, si quis temulentum, si quis haereticum, nonne futurum sit, ut boni omnes obturēt aures? At si quis commodis verbis haec efferat, & sermonis progressu paulatim huc lectorē veluti manu deducat, quemadmodum Moysi Synagogam, velut uxorem Virginitatis, sibi adiunxerit, ut ex ea nasceretur pacificus ille populus, quo pacto charitatis musto temulentus, semetipsum nobis impederit, quemadmodum nouum doctrinae genus inuenerit, ab omnibus & sapientibus & insipientibus placitis longe diuersissimum: quis quam so poterit offendere, praesertim cum horum vocabulorum singula nonnunquam reperiamus in arcanis literis, in bonum usurpata sensum? Nos in Chiliadibus, nam id obiter venit in mentem, Apostolos Silenos appellauimus? immo Christum ipsum Silenum quendam diximus. Accedat iniquus interpres, qui hoc tribus verbis odiosius explicet, quid intolerabilius? At legat pius & aequus, quae scripsi, probabit allegoriam. Demiror autem nec illud animaduersum ab istis, quam cautim efferam ista,

Erasmi Roterod. Apologia

quæ correctione studeam mitigare. Sic enim propono. Sed postea quæ semel τὴν λεοντήν induimus, age doceamus & illud, felicitatem Christianorum, quæ tot laboribus expetunt, nihil aliud esse quam infantiæ stultitiæque genus quoddam. Absit inuidia verbis. Res ipsam potius expendite. Audis ne? Primum quæ Moria de re tam arcana disputat, id mitigo pro uerbo, quæ iam leonis exuuium induerit. Nec simpliciter appello Stultitiã aut infantiã, sed stultitiæ infantiæque genus: ut piã Stultitiã, & felicem itel ligas infantiã, iuxta distinctionem, quã mox subiicio. Nec hoc contentus, addo quoddam, ut appareat figuram subesse, non simplicem esse sermonem. Nec his contentus, offensam deprecor, quã uerborum sonus possit gignere, & admoneo, ut magis obseruent quid dicatur, quam quibus dicatur uerbis. Atque hæc quidem in ipsa statim propositione. Iam uero in ipsa rei tractatione, quid est omnino quod non pie, quod non circumspecte sit dictum, ac reuerentius etiã quam ut conueniat Moriam? Sed ibi malui paullisper obliuisci decori, quam non satisfacere dignitati rei, malui rhetoricen offendere, quam lædere pietatem. Ac postremo peracta probatione, ne quem moueret, quæ de re tam sacra Stultitiã, hoc est, iocosam personam, fecerim loquentem: & hæc deprecor culpam hisce uerbis. Verum ego iam dudum oblita mei, ὡς τὰ ἔσκαμμένα κηδῶ. Quæ si quid petulanti, aut loquacius a me dictum uidebitur, cogitate & Stultitiã & mulierem dixisse. Vides ut nusquam cessarim omnem offendiculi ansam precipere. Verum ista non perpendunt, quorum aures, præter propositiones, conclusiones, & corollaria, nihil admittunt. Quid quæ præfatione præmunierim libellum, qua conor omnem percludere calumniã? Neque quicquam addubito, quin ea candidis oibus faciat satis. Quid autem facias istis, qui uel ob ingenii pertinaciam sibi satisfieri nolint, uel stupidiores sint, quam ut satisfactionem intelligant? Nam quemadmodum Simonides dixit, Thessalos hebetiores esse, quam ut possint a se decipi, ita quosdam uideas stupidiores, quam ut placari queant. Ad hæc, non mirum est inuenire quod calumnietur, qui nihil aliud querit, nisi quod calumnietur. Quæ si quis eodem animo legat diuini Hieronymi libros, centum locos offendet, qui calumniæ pateant: nec de erit in omnium Christianissimo doctore, quod ab istis hæreticis possit appellari, Ne quid interim dicam de Cypriano, de Lactantio, deque cæteris consimilibus. Denique quis unquam

audiuit ludicrum argumentum in Theologorū vocari cog-
 nitione? Qd si placet, cur nō eadem opera, quicquid a Poe-
 tis hodie scribitur, aut luditur, ad hanc exeunt legem?
 Quot illic reperient obscœna, quot veterē Paganismū olē-
 tia? Verum hęc quoniā inter seria nō habētur, nemo Theo-
 logorū existimat ad se pertinere. Neq; tamen postulem isto-
 rum exemplum mihi patrocinari. Ego nec ioco scriptum a
 me velim, qd vllō pacto Christianorum officiat pietati. Mo-
 do detur, qui qd scriptū est intelligat: modo detur equus &
 integer, quiq; cognoscere studeat, nō affectet calumniari. At
 si quis istorū habeat rationem, qui primū nullo sunt inge-
 nio pręditi, minore iudicio, deinde nihil omnino bonarū
 literarum attigerūt, sordida tātū ista, perturbataq; doctri-
 na infecti potius q̄ eruditi, deniq; infensū omnib; qui sciūt,
 qd ipsi nesciant, nec aliud secum adferentes propositum, q̄
 calumniandi, quicquid illud sit, qd forte vtcūq; intellexe-
 rint: is nimirum nihil omnino scripturus est, si vacare ve-
 lit calumnia. Quid q̄ istorum nōnullos glorię studium, ad
 calumniandum adducit? Nihil enim gloriosius inscitia, cū
 scientię persuasione coniuncta. Proinde cum vehementer
 sitiant famā, nec eā possint bonis rationibus assequi, malūt
 Ephesium illum iuuenē imitari, qui incenso phano totius
 orbis celeberrimo nobilitatus est, q̄ inglorij viuere. Et cum
 ipsi nihil lectu dignū possint edere, toti sunt in hoc, vt cele-
 briū virorū lucubrationes carpant. De alijs loquor, non de
 me, qui nihil omnino sum. Ac Morię libellum ipse, ne pili
 quidem facio: ne quis putet hac re cōmoueri nos. Quid au-
 tem mirū, si tales, quales modo diximus, propositiones ali-
 quot eligant, ex magno decerptas opere, quarū alias faciant
 scandalosas, alias irreuerētiales, alias inale sonātes, alias im-
 pias, & heresim sapientes, nō q̄ hęc mala reperiant illic, sed
 q̄ ipsi secū adferant? Quanto placabilius erat, & Christiano
 candore dignius, eruditorū hominū industriā fauore alere?
 & si quid forte fortuna fuerit elapsum incogitātius, aut cō-
 niuere, aut comiter interpretari, q̄ iniuice querere qd rep̄
 hēdas, & sycophantam agere, nō Theologū? Quāto felicius
 mutua collatione vel docere, vel discere, & vt Hieronymia-
 nis, vtar verbis, in scripturarū cāpo sine nō dolore luderes?
 At, in istis mirū q̄ nihil sit mediū. Quosdam autores sic lo-

Erasmi Roterod. Apologia

gunt, vt quātūuis manifestū incidērit erratū, vel friuolo p̄-
textu defendāt: in quosdā adeo sunt iniqui, vt nihil tā cit
cūspēcte dici possit, qđ nō aliqua ratione calumniētur. Quā
to p̄stiterit, dū hęc agūt, dū vicissim & lacerant, & laceran-
tur, simul & suū perdentes ocium & alienū, Græcas, aut He-
brāicas, aut certe Latinas literas discere? Quarū cognitio
tātū adfert momenti, ad diuinarū sciētīā literarū: vt mihi
sane videatur vehemēter impudens, earū rudem, Theologi
nomē sibi vindicare. Proinde, Martine optime, pro mea in
te beniuolentia, nō te desinā adhortari, qđ antehac sēpius
feci, vt studijs tuis saltē Gręcarū literarū cognitionē adiū-
gas. Rara quædā est ingenui tui felicitas. Stilus solidus, &
neruosus ac fluēs & exuberās, animū arguit nō sanū modo,
verū etiā fœcūdū. Suppetit ætas, nō tētū integra, sed virens
adhuc & florida. Et vulgatū istū studiorū cursum, iam felici-
ter absoluisisti. Crede mihi, si istis tā p̄claris initijs, Gręcani
cæ literaturæ colophonē addideris, ausim tū mihi, tū alijs
omnib⁹ magnū quiddā de te polliceri, & qđ antehac nemo
recētū Theologorū p̄stiterit. Qđ si in hac es opinione, vt
amore verę pietatis, putes omnē humanā eruditionem esse
cōtemnēdā, & arbitraris ad hęc sapiētīā maiore cōpēdio p̄-
ueniri, trāsfiguratione quadā in Christū, cęteraq; omnia, q̄
digna cognitu sint, plenius in fidei lumine perspici, q̄ i ho-
minū libris, facile tuę subscripsero sentētīę. Qđ si, vt nunc
habet humanarū rerū status, verā Theologicę rei cognitio-
nē tibi promittis, absq; linguarū peritiā: p̄sertim eius in
qua pleręq; sunt traditę diuinę literę: tota nimirum erras
via. Atq; vtinā hęc rē psuadere tibi tā possim, q̄ cupio: nam
cupio nō minus, q̄ & te diligo, & tuis studijs faueo: porro tū
diligo effusissime, tū faueo impēsissime. Qđ si tibi nō possum
approbare, saltē illud amici p̄cibus dones velim, vt pericu-
lū facias. Nihil recusabo supplicij, nisi fateberis amicum, ac
fidū fuisse cōsiliū. Si qđ meretur hic me⁹ in te amor, si quid
valet patria cōmunis, si qđ tribuis huic, nō ausim dicere, do-
ctriņę: sed certe laboriosę in bonis literis exercitationi: si
qđ tribuis ætati (nā quātū ad annos attinet, ego tibi pater
esse possem) sine me hoc vel gratia, vel autoritate, si minus
argumētis, abs te impetrare. Ita demū mihi videbor eloquēs
qđ tu mihi soles tribuere, si hęc rē psuasero. Qđ si assequor

futurū est, vt vterq; gaudeamus, ego dedisse cōsiliū, tu paruisse. Et q̄ nūc es oīm charissim⁹, hoc noīe nō paulo futur⁹ es charior, q̄ te tibi reddiderim chariorē. Sin min⁹, vereor ne natu iā grandior, ac rerū vsu doctus, & meū pbaturus sis cōsiliū, & tuā damnaturus sentētīā: qđq; fere solet vsu venire, tū intelligas errorē tuū, cū serū erit mederi. Possem tibi p̄ multos enumerare noīatim, q̄ cani iā cōeperint in his literis repuerascere, q̄ tādē animaduertissent, sine his m̄cū ac cēcū esse literarū studiū. Verū hac de re nimis iam multa. Vt ad tuā redeā epistolā, qm̄ existimas hac vna ratione leniri posse Theologorū inuidiā, & veterē instaurari fauorē, si quasi *ἡ ἀλιωδῶν*, Sophiē laudē opponā Morias Encomio: vehementer hortaris & obsecras vt ita faciā. Ego mi Dorpi, q̄ ne minē cōtēno, nisi meipsum, quiq; cupiā, si liceat, vniuersos mortales habere placatos, nec hoc laboris grauarer suscipere, nisi p̄spicerē futurū, vt si qđ apud pauculos iniquos & indoctos ortū est inuidiē: non solū nō extinguat, verū etiā magis exacerbē. Proinde fatius esse duco *μὴ κινεῖν τὸ ἐν κείμῳ κακόν, καὶ πάντας καμαρῖνας μὴ ἀπῆροῦ*. Rectius, ni fallor, tēpore lāguescet hęc excetra. Nūc ad alterā epistolę tuę partē venio. Operā meā in Hieronymo restituēdo magnope comprobas, & ad cōsimiles hortaris labores. Hortaris tu qđē iā currētē, qđ nō tā hortatorib⁹ opus est ad hęc rē, q̄ adiutoriis, tātū est ī negotio difficultatis. Verū nolim posthac mihi qcq; credas, nisi hic veracē dephēderis. Isti quos tantope offendit Moria, nec Hieronymi pbabūt editionem. Nec isti multo sunt equiores Basilio, Chrysostomo, Nazianzeno, q̄ nobis, nisi q̄ in nos licētius debacchantur. Q̄ aliquoties irritatiores, nec illis indigna luminibus verentur effutire. Bonas literas metuūt, & suę timent tyrānidi. Atq; vt intelligas me nō temere hoc diuinare, cū opus esset institutū, & fama iam percrebuisset, accur rere quidā graues, vt habētur viri, & insignes, vt sibi vidētur Theologi: per omnia sacra typographum obtestātes, ne quid grēcitatis aut hebraismi pateretur admisceri: Ingēs ī eis literis esse periculū, nec qcq; esse fructus, ad solā curiositatē esse paratas. Et ante hoc tēpus, cū apud Britānos agerē, forte fortuna incidit mihi cōpotatio cū Franciscano quodā, primī nominis Scotista, q̄ plebis iudicio multū sapere, suo nihil nescire videtur. Huic.

Erasmí Roterod. Apologíá.

cum exposuíssem quid in Hieronymo conarer, vehementer admiratus est, esse quicquid in huius libris, quod a Theologis non intelligeretur: homo usque adeo indoctus, ut demirer, si tres versus in omnibus Hieronymi lucubrationibus recte intelligat. Addebat homo suavis, si quid in Hieronymi præfationibus addubitarem, Britonem omnia luculenter exposuisse. Quæso mi Dorpi, quid istis facias Theologis, aut quod preceris, nisi forte fidelè medicum, qui cerebro medeatur? Et tamè huius farine sunt aliquoties, qui in Theologorum confessione fortissime vociferantur. Hi de Christianismo prænuntiant. Timent & horrent, ceu rem periculosam ac pestilentem, quam diuus Hieronymus, quam Origenes etiam senex magnis sudoribus sibi parauit, quo vere Theologus esset. At Augustinus iam episcopus, iam senex, in confessionum libris deplorat, quod iuuenis ab eis literis abhorruisset, quæ sibi in exponendis sacris literis magno usus esse potuissent. Si periculum est, non metuum hoc discriminis, quod viri tam sapientes affectarunt. Si curiositas, nolim esse sanctior Hieronymo, de quo quod bene mercantur isti, qui quod ille fecit, curiositatem vocant, viderint ipsi. Extat peruerstum Pontificij senatus decretum, de constituendis doctoribus, qui linguas aliquot publice traderent, cum de Sophistica, de Aristotelis philosophia perdiscenda, nusquam unquam quicquam sit cautum, Nisi quod ista in Decretis vocantur in dubium, utrum fas sit ea discere, necne. Atque horum studium a multis ac magnis autoribus improbatum. Cur quod Pontificum autoritas iussit, negligimus: de quo dubitatum est, imino quod improbatum, id solum amplectimur? Quod idem istis euenit in Aristotele quod in diuinis literis. Adest ubique Nemesis illa, contempti sermonis vindex: passim & hic hallucinantur, somniant, cecutiunt, impingunt, meraque portenta proferunt. His egregijs Theologis debemus, quod ex tam multis scriptoribus quos in catalogo recenset Hieronymus, tam pauci supersint, quia scribebant quod magistri nostri non intelligerent. His debemus, quod diuum Hieronymum sic habemus deprauatum ac mutilum, ut alijs plus prope negocij sit in restituendo, quam ipsi fuerit in scribendo. Iam vero quod tertio loco scribis de nouo testamento, sane demiror, quid tibi acciderit, aut quoniam interim perspicacissimos ingenij tui oculos auerter is. Nolis quicquam a me mutari, nisi si quod for-

te sit apud Græcos significatius: & negas in hac, qua vulgo
 vtimur editione, quicquid esse vitij. Nefas esse putas, re tot sæ-
 culorum consensu, tot synodis approbatã, villo pacto cõuel-
 lere. Obsecro te, si vera scribis eruditissime Dorpi, cur fre-
 quenter aliter citat Hieronymus, aliter Augustinus, aliter
 Ambrosius, quã nos legimus? Cur Hieronymus multa rephẽ-
 dit, & corrigit noiatiim, quã tñ in hac habent editione? Quid
 facies cum tam multa cõsentiũt, hoc est, cũ secus hñt Græ-
 corum codices, cum ad horũ exemplar citat Hieronymus,
 cum idem habent vetustissima Latinorum exemplaria, cũ
 ipse sensus multo rectius quadrat? Num his oibus cõtẽptis,
 tuum sequeris codicẽ, fors tassis a scriba deprauatũ? Neq; ve-
 ro quisquẽ asseuerat in diuinis literis vllum esse mendacium,
 quandoquidem & hoc adductum est abs te: neq; totum hoc,
 de quo cum Hieronymo digladiatur Augustinus, quicquid ad
 rem pertinet. At illud ip̃a res clamat, & vel cæco, quod aiũt,
 potest esse perspicuũ, sepe vel ob imperitiã interpretis, vel
 ob oscitantiam, græca male reddita esse, sæpe germanã ac
 veram lectiõnẽ ab indoctis librariis fuisse deprauatam: id
 quod cotidie videm⁹ accidere: aliquoties mutatam a semi-
 doctis, parum attentis. Vter magis fauet mendacio, quã hæc
 corrigit ac restituit, an qui citius ferat addi mēdam, quã tol-
 li? Quandoquidem ea deprauatorum natura est, vt menda
 mēdam gignat. Et sunt fere eiusmodi, quæ mutamus, vt ad
 Emphasim pertineant magis, quã ad sensum ipsum, quã sæpe-
 numero magna sensus pars est Emphasis. Verũ nõ raro to-
 ta aberratum est via. Quod quoties accidit, quæso te, quo con-
 fugit Augustinus, quo Ambrosius, quo Hilarius, quo Hie-
 ronymus, nisi ad Græcorũ fontes? Id cũ sit ecclesiasticis quo-
 quẽ decretis cõprobatũ, tamen tergiuersaris, & studes refelle-
 re, vel potius elabi distinctiuncula. Scribis eo sæculo Græ-
 corum codices emēdatiores fuisse latinis: nũc cõtra esse, nec
 fidẽdũ illoꝝ libris, qui descuerint ab ecclesia Romana. Vix
 adducor, vt credã te hoc ex aĩo scribere. Quid ais? nõ lege-
 mus eoꝝ libros, qui descuerunt a fide Christiana? Cur igit̃
 Aristoteli tantũ autoritatis tribuũt Ethnico, cui nihil vn-
 quã fuerit cũ fide cõmerciij? Tota Iudæorũ gēs a Christo descie-
 uit, nihil igit̃ pōderis habebũt apud nos Psalmi & Prophe-
 tæ, illoꝝ sermone scripti? Iã mihi recẽse capita oia, in quibus

Græci a Latinis dissentiunt orthodoxis: nihil reperies, quod ex noui testamēti uerbis natū sit, aut quod huc pertineat. Tā tum de uocabulo hypostaseos, de p̄essione sancti spūs, de cōsecrādi cerimonijs, de paupertate sacerdotū, de potestate Romani p̄tificis, cōtrouersia est. At nihil horū ex falsatis approbāt exemplaribus. At quid dices, ubi uideris sic interpretatū Origenem, sic Chrysostomū, sic Basilium, sic Hieronymum? Num eo quoq; seculo falsauerat aliquis Græcorū codices? Aut quis unq; dēphendit Græcorū codices, uel uno in loco falsatos fuisse? Postremo cur falsare uelint, cū hinc nō tueant sua dogmata? Adde huc, quod semp̄ in omni doctrinæ genere, Græcorū codices emendatiores fuisse, quā nostros, fateatur & M. Tullius, quā alioqui Græcis iniquior. Nā distinctio literarū, apices, & ipsa scripturę difficultas, in causa est, quominus facile queant uitiari, aut si quod fuerit uitiatū, facile possit restitui. Porro quod scribis, ab hac editione non esse recedendum, tot uidelicet cōcilijs approbata: more uulgarū Theologorū facis, qui quicquid uillo modo in publicū usum irrepserit, ecclesiasticę tribuere solēt auctoritati. At mihi uel unam profer synodum, in qua sit hæc editio comprobata. Nam qui cōprobauit, quæ cuius sit, nemo nouit? Nā Hieronymi nō esse, uel ipse testant Hieronymi p̄fat̄iones. Sed esto comprobauerit synodus aliqua, num ita comprobauit, ut nihil omnino liceat ex Græcorū fontibus emendare? Nū mēdas etiam oēs cōprobauit, quæ varijs modis potuerint irrepere? Num huiusmodi uerbis conceptū fuit decretū a patribus? Hęc editio cuius sit auctoris nescimus, sed tamē eam approbamus, nec obstare uolumus, si quid secus habēt Græci codices, quā uis emendati: si quid secus legit Chrysostomus, aut Basilius, aut Athanasius, aut Hieronymus, etiā si illud magis quadrauerit ad sensum euāgelicū: & tamen hos ipsos auctores in cæteris magnopere comprobamus. Quinetiā quicquid in posterū, quocūq; modo, uel a semidoctis & audaculis, uel ab imperitis, ebrijs, oscitantibus librariis fuerit uitiatum, deprauatum, additum, omissum, eadē probamus auctoritate neq; cuiquā uolumus licere, mutare scripturam, semel indutam. Ridiculū decretū iquis. At huiusmodi necesse est fuisse, si nos auctoritate synodi deteteres ab hac industria. Postremo quid dicturi sumus, ubi uiderimus nec huius editionis

exēplaria cōsentire? Nū & hāc pugnātiā approbavit synod⁹
 p̄scia videlicet, quid quisq; mutaturus esset? Atq; utinā
 mi Dorpi, tātū esset ocii Romanis pontificibus, ut hisce de
 rebus salutare ederēt constitutiones, quibus caueretur, de
 restituēdis bonorū autorū monumentis, de parandis & re-
 ponendis emendatis exēplaribus. Verū in eo consilio sedere
 nolim istos falsissimo noīe Theologos, qui huc tātū spectāt,
 ut qđ ipsi didicerūt, id solū habeatur in precio. Quid autē
 isti didicerūt, qđ non sit ineptissimū, & idem confusissimū?
 Quibus si cōtingat tyrannis, futurū est, ut antiquatis opti-
 mis autoribus, insulsissimas istorū Nēnias pro oraculis ha-
 bere cogat mūdus. Quę vsqueadeo nihil habēt bonę erudi-
 tionis, ut ego sane malim vel mediocris esse cerdo, q̄ istius
 generis optimus, si nihil melioris accesserit doctrinæ. Isti
 sunt q̄ nolint qcq̄ restitui, ne qđ ignorasse videant. Hi no-
 bis fictā synodorū autoritatē obijciūt: hi magnū Christia-
 nę fidei discrimē exaggerāt: hi periculū ecclēsię, quā isti sci-
 licet humeris suppositis fulciūt, rectius plaustrū fulturi: &
 huiusmodi fumos spargūt, apud vulgus indoctū ac supersti-
 tiosum, apud qđ cū p̄ Theologis habeant, nolint vllā opi-
 nionis suę iacturā facere. Verētur ne, cū perperā diuinas ci-
 tant literas, id qđ sepenumero faciūt, Gręcię aut Hebraicę
 veritatis autoritas in os iaciāt, & mox appareat esse somniū
 qđ velut oraculū adducebat. Diuus Augustinus vir tantus,
 ad hęc episcopus, nō grauāt vel ab anniculo puero discere.
 Isti tales, malūt oīa sursum ac deorsum miscere, q̄ cōmitte-
 re, ut qcq̄ videant ignorare, qđ ad absolutā ptineat erudi-
 tionē. Q̄ nihil hic video, qđ magnope pertineat ad fidei
 Christianę sinceritatē. Q̄ si maxime pertineret, hoc certe
 magis esset elaborādū. Neq; vero periculū est, ne ptinus oēs
 desciscant a Christo, si fors auditū fuerit, repertū esse in sa-
 cris libris, qđ vel scriba deprauarit indoctus aut dormitās,
 vel interpret nescio q̄s parū apte verterit. Aliis ex reb⁹ hoc
 periculū est, quas hoc loco prudens subitico. Quāto Chris-
 tianius fuerit, semotis cōtētionibus, qđ quisq; possit, in cō-
 munē vsum libēter conferre, idq; cādide amplecti, simulq; &
 citra fastū discere qđ nescias, & citra iuidiā docere qđ scias?
 Q̄ si qui sunt illiteratiores, q̄ ut qcq̄ recte docere possint:
 elatiores, q̄ ut quicq̄ discere velint: hos qm̄ pauculi sunt,

Erasmi Roterod. Apologia.

valere sinamus, & bonarū, aut certe bonę spei mētū potius habeamus rōnē. Ostendī quondā meas annotationes rudes adhuc, & adhuc follibus, qđ aiunt, calentes, viris integerrimis, summis Theologis, doctissimis Episcopis. Hi fatebantur ex illis q̄libuscūq; rudimētis, sibi plurimū lucis affulsisse, ad diuinarū literarū cognitionē. Porro qđ admones, sciebam Laurētīū Vallā ante nos hoc laboris occupasse: quippe cui⁹ annotationes primus curarim euulgandas. & Iacobi Fabri in Paulinas epistolas cōmētarios viderā. Atq; vtinā ab his sic esset elaboratū, vt nostra industria nihil foret opus. Egdē Vallā plurima laude dignū arbitror, hominē rhetoricū magis q̄ theologū, qui hac diligētia sit vsus ī sacris literis, vt gręca cū latinis contulerit: cū nō pauci sint Theologi, q̄ nūq; vniuersum testamentū ordine pegerint. Q̄q; ab hoc aliquot locis dissentio: p̄sertim in his, quę ad rē theologicā ptinēt. Porro Iacobus Faber, cōmētarios illos iam tū habebat in manibus, cū nos hoc op̄s moliremur: ac parum cōmode euenit, vt nec in familiarissimis colloquijs alterutri nostrū in mētē venerit, de suo meminisse instituto. Nec ante cognoui, qđ agitaſset ille, priusq; opus formulis excusum prodisset. Et hui⁹ conatū vehemēter approbo. Q̄q; ab hoc quoq; locis aliquot dissentim⁹ iūiti, cū tali amico libēter ἀποκρίσει futuri p̄ oīa, nisi veri magis q̄ amici esset habēda ratio, p̄sertim in sacris literis. Sed mihi nōdū satis liquet, cur hos duos obijcias. Nū vt a re velut occupata deterras? At apparebit me post tantos etiā viros, nō sine causa laborē hūc suscepisse. An hoc significas, nec istorū industriā probari Theologis? Egdē qđ Laurentio ad veterē illā inuidiā accesserit, nō video. Fabrū audio probari ab oibus. Quid, q̄ nec oīno simile negociū molimur? Laurētius tātū annotauit locos aliquot, idq; vt apparet, in trāscursu, lenitq; qđ dici solet, brachio. Faber in Paulinas dūtaxat epistolas edidit cōmētarios, easq; suo more vertit, tū si qđ discrepabat, obiter annotauit. Nos vniuersum testamētū nouū ad Gręcorū exēplaria vertimus, additis e regione gręcis, quocuius p̄oprū sit cōferre. Adiecimus separatim annotationes, in quibus partim argumētis, partim veterū autoritate Theologorū docem⁹, nō temere mutatū qđ emēdaui⁹mus: ne vel fide careat nostra correctio, vel facile deprauari possit,

quod emendatum est. Atque utinam prestare potuissemus, quod sedulo sumus conati. Nam quantum ad ecclesie negotium attinet, nihil verborum has meas vigiliolas, cuius episcopo, cuius Cardinali, cuius etiam Romano Pontifici dicere, modo talis sit, quale habemus. Postremo non dubito futurum, quoniam tu quoque sis edito libro gratulaturus, quod nunc ab edendo deliberas, modo vel paululum eas degustaris literas, sine quibus hisce de rebus recte iudicari non possit. Vide mi Dorpi, ut eodem officio geminam inieris gratiam. nimirum alteram apud Theologos istos, quorum nomine diligentissime functus sis tua legatione: alteram apud me, cui tam amica admonitione testatorem feceris amorem tuum. Tu vicissim boni consules nostram eque liberam satisfactionem, & si sapias, nostro consilio potius accedes, qui tuam unius rem ago: quam istorum, qui tuum ingenium eximium rebus natum, non ob aliud student in suam trahere factionem, quam quo tanti ducis accessione suas communiant copias. Sequantur illi meliora si possint: sin minus, tu tamen quod est optimum sequere. Quod si non potes illos reddere meliores, id quod velim te adniti, saltem illud caue, ne te reddant deteriores. Porro fac, ut qua si de causam istorum apud me egisti, eadem meam agas apud istos. Placabis homines, quoad fieri potest: & persuadebis me, quod facio, non in eorum facere contumeliam, qui hasce literas nesciunt, sed in publicam omnium utilitatem, quae nemini non patebit, si velit uti: neminem urget, si malit carere. Tu eo esse animo, ut si quis exoriat, qui rectiora docere possit, aut velit: me primum fore, qui nostra rescindam & abrogem, & illius subscribam sententiam, Ioanni Paludano multam ex me salutem dicito, cum quo fac ut hanc de Moria litteram partiaris, propter commentarios illi dicatos a Listerio nostro. Doctissimo Nevio, humanissimo D. Nicolao de Beueris, Preposito diuini Petri, fac me diligenter commendes. Menardum Abbatem, quem tam magnificis ornas praconibus, nec dubito, quin qua es fide, verissimis, vel tua causa diligo, venerorque: neque negligam in literis meis, simulatque inciderit commoditas, eius honorificam facere mentionem. Bene vale, mortalium charissime Dorpi. Antuerpiae.

Anno. MDXV.

Lutetiae, in Aedibus Iodoci Badij, octavo Calend.
Iulias. An. MDXXIII.

